6
33 I
8
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

74 D 73
74 D 54
5-39-D-9

Digitized by Google

ATHENÆ:

Itemq́;

INSCRIPTIONES VVITTEBERGENSES.

LIBRI II.

Autore

ANDREA SENNERTO,

Profeſs. Publ. in Univers. patriâ.

VVITTEBERGÆ.

Typis & ſumptibus JOBI WILHELMI FINCELII,

cIↃ IↃ C LV.

TRIGÆ
SACRÆ INCLUTISSIMÆQVE
SERENISSIMORUM, POTENTISSIMO-
RUM, CELSISSIMORUMQVE
PRINCIPUM-DUCUM, ELECTORIS, PRO-ELECTORIS,
NEC NON ELECTORALIS DIGNITATIS HÆREDIS:

PATRI, FILIO ET NEPOTI:

DN. DN. DN.

DN. JOHANNI GEORGIO, SENIORI *&* I.
DN. JOHANNI GEORGIO, MAJORI *&* II.
DN. JOHANNI GEORGIO, JUNIORI *&* III.

D. G.

SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM DUCIBUS:
S. ROM. IMPERII PRÆFECTO PRÆTORIO ET ELECTORI:
EJUS DIGNITATIS LOCUM-TENENTI,
EJUSDEMQVE HÆREDI:
LANDGRAVIIS THURINGIÆ, MARCHIONIBUS MISNIÆ,
ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, BURGGRAVIIS MAGDEBURG.
COMITIBUS MARCHIÆ ET RAVENSBURGI,
DYNASTIS IN RAVENSTEIN.

PATRIÆ PATRIBUS,

NEC NON

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS.

SAL. ET FELICITATEM PERPETUAM
P.

☙(o)❧

SERENISSIMI, POTENTISSIMI CELSISSIMIQVE PRINCIPES-DUCES, ELECTOR, PRO-ELECTOR ET HÆRES, DOMINI CLEMENTISSIMI:

SI hæ qvantæcunq;, qvæ offeruntur modò, qvantitate aut mole ſint æſtimandæ pagellæ, næ erubeſcendum mihi valde, qvod VOBIS illas inſcribam offeramq;. Enimverò jam continent hæ vel repræſentant nihilominus Electoralis Dignitatis Sedem avitam, Regiam hanc Veſtram qvondam, Metropolinq; hodie & adhuc Electoratûs inclutiſſimi Saxonici: item prætereaq; Univerſitatem ſive Academiam almam, heìc fundatam loci, conſervatamq; hactenus poſt DEUM, Cui Laus! â Vobis nec non Majoribus & Anteceſſoribus Veſtris Illuſtrisſimis, æternæ felicisſimæq; memoriæ. Almam hanc, dico repetoq;, Matrem Studiorum, præ centum

tum alijs (abſit dicto hoſtilitas) præſertim verò purioris reſtitutæ Religionis Chriſtianæ longè celeberrimam, mundi qvâ patet machina, frendentibus Orbe & Orco. Ecqvis verò jam dubitet amplius de dignitate harum pagellarum, certè argumenti earundem vel tractationis. Eqvidem herclè habent nimirum qvidem, habeantqve ſibi, fortè loca alia, regiones, regna, immò addo Reges ipſi principumqve alij, in qvibus anteeant alios extollantqve ſe ſe hinc recteqve præ multis. At verò Domus Familiaqve, adeoqve etiam domicilij id (VVitteberga) illa VVittekindea, unde Ducum & Electorum Saxoniæ Illuſtriſsimorum hodie-nunc Poſteritas, habent ſanè, verè ín qveîs cedunt nemini, multis verò poſt ſe relinqvunt paraſangis alios perplurimosqve; itemqve loca alia. Ut enim nihil dicam de avitâ illâ tot ſeculorum Stemmatis VVittekindei dignitate & antiqvitate: qvotus-ſanèqvisqve eſt qvæſo interim, qvi neſcit, ſi non omnium, propemodùm illorum, vel certè plerorumqve tamen Regum, Cæſarum, Electorum, Ducum, Principum Comitumqve in Germaniâ, Galliјs, Italiâ, Britanniâ magnâ, Bel-

)(3 gio

gio, Dania, adde Orientem ipſum, familias huic VVittekindeæ ſuam debere agnoſcereqve originem. Verum verò jam tandem & verbo, ecqva Illuſtris familia ſit hæc, ecqvis & locus hic aut Academia, qvæ in DEO glorari poſſent ſuo, (Laus Illi, honor, gloria!) qvæ dignæ habitæ fuerint ab Ipſo præ cæteris, qvibus concreditum munus repurgandi hiſce poſtremis mundi temporibus Orbem terrarum Chriſtianumqve eundem; retecto revelatoqve Anti-Chriſto, illo perditionis filio, reſtitutaqve purioris Evangelij & Religionis Chriſtianæ luce & doctrinâ? Penſiculanti itaqve hæc atqve talia non ſemel mecum, qvum animum ſubiret nuper, poſt alia, mei qvæ muneris ſunt maximè, horiſqve ſubciſivis, ὡς ἐν τύπῳ ϗ συνόψει qvidem, breviſsimisqve deſcribere Patriam hancce meam dulciſsimam, VVittebergam, domum VVittekindeam, & ſedem Electoralis Dignitatis metropolinqve, deniqve verò & præſertim Academiam in illis fundatam conſervatamqve hactenus clementer, nulli & nemini alij hæc inſcribenda jus fasqve duxi (nec item præter rem omninò hæc fore putavi) niſi Dominis proprietariis

tariis

tarijs hæreditarijsqve illuſtriſsimis, Nutritoribus, Conſervatoribus, Evergetis Patronisqve ſuis hujusve loci ſummis, munificentisſimis, clementiſſimisqve. Accipite itaqve Sereniſſimi, Potentisſimi Celſisſimiqve Principes-Duces, ELECTOR, PRO-ELECTOR, HÆRESQVE Illuſtriſſimi, Domini Clementiſsimi, hoc qvantumcunqve eſt, qvod offertur, & profectum eſt â Veſtro veſtrarumqve Ditionum & præſertim Electoratûs hujus Sax. ſubdito nativoq; illo, loci verò hujus & præprimis Academiæ indigenâ & membro qvalicunqve: & eo qvidem, qvo â me profectum eſt animo, h.e. bono; tandem ſerenaqve fronte. Accipite, iterùm dico repetoqve, hoc qvantumcunqve eſt, & Vivite, Vivite, Vivite! Omnes & ſinguli in Germaniæ totius Imperijqve ſacratiſsimi Romani, Patriæ porrò noſtræ dulciſsimæ Saxonicarum Ditionum Veſtrarum, Eccleſiæ Reipublicæq; univerſæ earundem, tandem & præſertim verò etiam Academiæ hujus florentiſsimæ Veſtræ præſidium maximum, incrementum majus majusq; & recreamentum perenne, diu longumqve, Valeteq;

teqve æternùm! Feliciter! Dab. VVittebergæ, VII. Cal. menſ. Octobr. Anno cIↃ IↃ C LV. natalibus ipſis ſeculariqve: qveis Pax affulſit Religioſa, DEO Laus! Germaniæ patriæqve dulciſsimæ. Iterùm VALETE!

Sereniſſ:[arum] Potentiſſ:[arumq;]

Celſitud:[num] V. V. V.

ſubjectiſſ:

ANDR. SENNERTUS,
P. P.

LECTORI BENEVOLO
Sal. & Fel.

HEroſolymam, ſanctam illam, non inſcitè vel inſulsè omninò, ſi rectè qvidem accipiatur, ſunt qvi affirmant, in medio terrarum Orbis ſitam eſſe habitabilis: nimirum ſi confinia, qvæ ſingula ſtringit fere, interjacens hiſce utpote, reſpicias terrarum Orbis ejusdem partium principaliumq; Aſiæ, Africæ & Europæ. Qvo in ipſo loco & terrâ maximè ideo Verbi divini ſui lucem accendere primùm voluit DEUS ter Opt. Max. inde ab origine rerum fere generisq; humani: ut nempe eò faciliùs diffundere ſe ſe hinc poſſet eadem in omnem Orbem circumjacentesq; ejusdem partes. VVittebergam noſtram, niſi inſigniter fallor ego, (qvod qvidem alij de Noribergâ affirmant) non abſurdè planè dixeris ita fortè & ipſam ſitam eſſe in medio Europæ, (cultioris hodie poſtremisq; his mundi temporibus ejus partis) ſi ſeptentrionalia magis ſcil. annumeres, ut fit rectè, reſpicasq; regna illa Daniæ,

Norvegiæ, Sveciæ, Britannam magnam, alia. Et ex hoc ipſo ergò loco prodire voluit ſub finem hujus Univerſi DEUS lucem Evangelij ſui; qvò magis faciliusq́; omnem Septemtrionem atq́; ultimam penetrare Thulen illuminareq́; poſſet: verum ſic fieretq́; id Spiritus DEI effatum: In omnem omninò terram nonne exivit ſonus ejusdem? In hoc me natum ergò loco, aliàs qvidem minùs ſplendido, maximam partem educatum, vivereq́; adhuc per DEI gratiam, gesſiſſeq́; hactenus qvaliacunq́; officij Chriſtiani alicujus munia, & cum gratiarum actione ſummâ agnoſco recordorq́; non ſemel, neq́; id ſine qvadam animi voluptate jucundoq́;. Tulit mens animi qvocirca, Benevole Lector, pietatis ergò cujusdam in DEUM laudiq́; Ejusdem, proximum, patriam deniq́; ipſam hæc qvæ vides, horis ſubciſivis, (ipſo hocq́; en anno currente cIↃ IↃ cLV. qvo Turres reparabantur noſtræ Civitatis, ſeculariq́; eodem, DEO Laus! Paci Religioſæ in S. Romano Imperio) conſcribere publicoq́; ſiſtere, ὡς ἐν τύπῳ illa καὶ συνόψει qvanqvam nudè breviſſi-

viſſimisq;, de VVittebergâ nimir. patriâ meâ dulciſſimâ, maximè verò Academiâ Univerſitateq; almâ heic fundatâ loci perennanteq; adhæc usq; huc, Laus iterùm Illi, per DEI gratiam. Tu, ſi placet, bene fruere hiſce, & Vale bene, optimeq; precare, ſi Candidus bonusq; es, noſtræ VVittebergæ. Iterùm Vale.

SIT. PAX. VVITTEBERGA. INTRA. MUROS. TUOS. ET. SALUS. IN. DOMIBUS. TUIS. PROPTER. FRATRES. MEOS. ET. PROXIMOS. MEOS. PRECOR. TIBI. PROSPERITATEM. PROPTER. DOMUM. DOMINI. DEI. NOSTRI. QVÆRAM. BONA. TIBI. PSAL. CXXII.

Syllabus Capitum utriusq; Libri.

LIB. I.

CAP. I. De Urbe Wittebergâ: Ejusq; nomine, origine, incremento, ſitu, formâ externâ, locis ædificijsq; in eadē publicis, forma regiminis &c.

CAP. II. De Univerſitate ſive Academia: & in ſpecie Ejusdem Fundatoribus & Nutritijs illuſtrisſiſimis, usq; huc.

CAP. III. Documenta qvædam ſiſtit Ejus fundationem, privilegia, ſtatuta, alia concernentia.

CAP.

CAP. IV. De Inauguratione Academiæ, primis Rectore, Senatoribus, Profeſſoribus; nec non Inſcriptis qvibusdam: item formâ regiminis, Senatu Academico, Lectionibus, diſputationibus, promotionibus, &c.

CAP. V. De Legibus & Statutis Academ: nec non Jurejurando Studioſorum, &c.

CAP. VI. Rectorum Academ. nomina, ordo & numerus, inde à fundatione Academiæ: item Inſcriptorum numerus: additis qvibusdam paucis notatu dignis.

CAP. VII. Decani Collegij Facultatis Philoſophicæ in ſpecie, inde à fundatione Academ: nec non Promotorum â ſingulis numerus.

CAP. VIII. Profeſſores Philoſophi Ordinarij in ſpecie: inde à Philippo Melanchthone, &c.

CAP. IX. De Templo ad arcem Academico in ſpecie: nec non viſu notatuq́; in eodem dignis qvibusdam aliis.

CAP. X. & ult. Ἀνακεφαλαίωσις breviſculâ & Chronologica ſuperiorum plerorumq́;, dictorum in Capp. præced. de Wittebergâ & Academiâ heîc fundata, uſq́; huc: &c.

LIB. II.

CAP. I. Inſcriptiones ſiſtit Templi Cœnobij Franciſcanorum.

CAP. II. Inſcriptiones Templi ad arcē Cathedralis Academiciq;.

CAP. III. Inſcriptiones Templi Parochialis ſive Oppidani:

CAP. IV. Inſcriptiones in Cœmeterio templi Parochialis ſive oppidani notabiliores.

CAP. V. & ult. Inſcriptiones in Cœmeterio ſuburbano ante portam Elyſtr. legi dignæ,

CUM DEO!

ATHenas deſcripturi patrias, hoc eſt VVittebergenſes, in laudem DEI, pietatis ergò cujusdam in proximum patriamq; ipſam, memoriæ deniqve alicujus earundem, ſi non æternæ, Duas earundem conſtituimus ſive Partes ſive Libros. Prior Athenas ſiſtet ipſas, cum annexis hucq; pertinentibus, de origine, incremento, formâ hujus Civitatis reipublicæq;, vario ſtatu & fortunâ earundem, præſertim verò Univerſitatis ſive Academiæ, aliisq;. Alter tradet Inſcriptiones inibi notabiliores legiq; dignas maximè Illuſtrisſimorum, Illuſtrium Clarisſimorumq; Virorum, perſonarum, hisq; ſimiles alias.

LIBER I.

CAP. I.

De Urbe VVittebergâ: Ejusq; nomine, origine, incremento, ſitu, formâ externâ, locis ædificiisq; in eadem publicis, formâ regiminis, &c.

WIteberga, Witteberga, Wittenberga & Wittiburgum vel Wittenburgum, aliàs item atq; vul-

gò Leucorea, Leucoreum, Albioreum, Albimontium, Albiburgum, (qvæ nomina etiam paſsim ac alibi reperiuntur) condita creditur primùm anno poſt mundi Servatorem natum IↃ CC LXXX, à Witikindo vel Wittekindo Magno, poſtremo rege Germanorum, & primo Saxoniæ Duce &c. A qvo & nomen habet, qvaſi dicas: *Witeburgum* vel *Wittenburgum* aut *Witekindiburgum*, hoc eſt, *Caſtrum*; (Græcè: πύργος, Germanis eine Burg) ſicuti dicimus Magdeburgum, Hamburgum, vel potius Merſeburgum à Marſo, Brandeburgum à Brenno, Germanorum regibus, ut volunt: mutatâ deinceps, ceu fit non rarò, malè licet, litera *u* in *e*; ut hodie audiat *Witeberga*, *Witteberga*, vel *Wittenberga*. Minimè verò ab albis montibus, qvorum heic copia prorſus nulla, unicum ſi excipias, potiùs collem qvàm monticulum, den Apollensberg vulgò dictum, olim, ut creditur & colligitur ex fani cujusdam in eodem ſiti ruderibus, Apollini ſacrum, uno verſus occaſum Solis, non procul ab Albi fluvio, milliari diſtantem ab urbe.

Eſt & aliud qvidem oppidulum, *Wittenberga*, ad diſtinctionem noſtræ hujus, *inferior*, Nieder Wittenberg dictum, & ipſum ſitum juxtà Albim, inter Magdeburgum & Hamburgum, è regione Perlbergæ, civitatis Marchiæ, ad confluentiam Stepenitij fl. & Albis, ille ſe ubi huic miſcet: XXVI. milliar. circiter ab hac noſtrâ: de qvo heic ſermo nobis & locus non eſt.

Conditor ejus primus, ut ex parte ſuprà jam modò indigitatum, eſſe ſtatuitur Wittekindus II. cognomento Magnus, fortiſſimus & potentiſſimns de gente Saxonum princeps & rex ultimus, Dux Angrivario-

rum

rum, qvi terris ad Viſurgim & Albim qvondam imperavit, eo tempore, qvo facta Imperij Romani diviſione Carolus magnus in Occidente rerum potitus eſt: à qvo & poſt longum difficilimumq; bellum ad ſuſcipiendam religionem Chriſtianam, divinâ clementiâ, delinitus potiùs, qvàm coactus, & primus Dux Saxoniæ inveſtitus ſalutatusq; eſt; qvod factum anno Chriſtiano Iↄ CC LXXXV: mortuus & ſepultus idemq; eſt Angariæ (Engren/Weſtphal.) in Epiſcopatu, cum alijs plurimis, & templo à ſe conditis, anno Iↄ CCC VII.

Condita autem à Wittekindo hæc noſtra creditur, ut maximè contrà hoſtes primùm, hinc Sorabes, gentem Myſorum, qvæ loca inter Salam, Albim & Svevum flumina qvondam tenuit, eorundemq; incurſionis eſſet propugnaculum. A qvo & tempore, (immò longè ante) & ſucceſſivè hæc atq; vicina loca tenuiſſe primùm Senones, (ut eſt apud Tacitum, Strabonem, alios) porrò Hermunduros, hinc mox, ut dictum partem, Sorabos, deniq; his domitis viciſſim ejectisq; Flandros ſive Flemmingios certum eſt: unde nomen item adhuc huic regioni cis Albim: der Flemming.

Primus porrò domicilium & Electoratus ſedem, ex conceſſione Imperatoris Friderici I. cognomento Barbaroſſæ ſive Ænobarbi (à qvo & primus unà ipſe ex hac familiâ cum dignitate Electorali accepit pro inſignibus, in ſuis, ſertum rutaceum) ſibi heîc fixit Bernhardus Anhaltinus, Alberti Urſi Fil. Dux-Elector Sax: qvod factum circiter anno cIↄ C LXXX. Qvem ſecuti ſunt poſtmodùm alij plurimi; quorum nihil attinet nomina heic recenſere. Ex qvo etiam tempore domicilium & ſedes Electoratus atq; Metropolis audit manſitq; hæc civitas.

 Abſol-

Abſolvit demùm, ut ſic dicam, ac vivere qvaſi hanc florereq; fecit magis magisq; (dignitate Electorali jam ab Anhaltinis ad Landgravios Thuringiæ & Marchiones Misniæ translatâ) præſertim Fridericus III, Sapiens cognomento, Erneſti Fil. Friderici II. nepos, Friderici I. pronepos, Dux & Elector Saxoniæ, unà cum ſuis poſteris Illuſtriſs: qui & Albim qvidem ponte conſtravit ſublicio, qvo caret hodie partem, & arcem templumq; ſummum, itemq; cœnobium fratrum S. Auguſtini ad Elyſtri portam de novo extruxit. Floruit idem ab anno cIↄ CCCC LXXXVII. ad annum cIↄ Iↄ XXV. A qvo tempore dura tamen ipſa paſſa vicisſim hæc Civitas perplurima eſt; præſertim præterito proximè bello infelicisſimo, annorum XXX. licet ab hoſte occupata nunqvam, ipſa ſui minimè ampliùs ferè ideò ſimilis.

Elevatio poli ſive Latitudo heic eſt, ut volunt, LI. graduum, LII. minutorum: Longitudo XXXVII. grad. XV. minut. Sub Climate VIII, parallelo XIX, ſigno ♋ Zodiaci qvarto, Cancer qvod vocatur, ſita creditur.

Sita eſt in Saxoniæ ſuperioris planitie, ad Albis fluvij ripam orientalem (ut eſſet qvondam, ceu ſuperiùs dictum, primis temporibus contrà hoſtes, Sorabos præſertim eorundemq; incurſiones propugnaculum) uno milliari circiter ab oſtio Elyſtri, (Aleſtra nigra item die ſchwartze Elſter / qvæ vocatur alijs alijsq;) ubi ſe hic in Albim exonerat: & vicisſim uno milliari à ſuprà memorato monte, ad Albim, Apollinis dicto; poſt qvem tribus adhuc vicisſim milliaribus Mulda item ſe Albi miſcet. Qvo ipſo in loco fere qvondam Claud. Ptolomæo *Calegia* ſua ſita; qvanqvam ejus ponat

nat idem latitudinem LII. grad. XX. minut. longitudinem XXXVII. grad. XXX. min. (parvâ differentiâ) paulò infrà Argeliam, hodie Torgaviam & hinc Lipfurdum ejus (Ptolomæi) h. e. Miſniam, ut volunt. Qvam, Calegiam, fuiſſe ideo exiſtimant qvidam hanc ipſam Wittebergam noſtram, ante Wittekindum longè jam natam, ab ipſo verò reſtauratam fortè modò, munitamq; arce & regia. Floruit autem Ptolomæus tempore Æl. Adriani, Cæſ. anno circiter Chriſt. CXX.

Condita cernitur hodie in formâ Segmenti minoris Circuli, vel figura Navis: cujus longitudo juxta Albim, (octingentorum tamen circiter â foſſa civitatis intermiſſo paſſuum ſpatio) ab ortu ad occaſum protenditur: gibbus verò ſive fundus ejusdem verſus Septentrionem.

Portas tres habet: qvarum media, juxta forum, meridiem & Albim proſpicit: unde & nomen habet: das Elbthor: altera in ejus extrema parte & cuſpide verſus ortum ſita eſt, & proſpicit oſtium Elyſtri, de qvo ſuprà; unde & vocatur: das Elſterthor: tertia in oppoſitâ ejus parte & cuſpide ad occaſum ſita eſt, ubi arx regia qvondam & hodie Electoralis: unde & dicitur: das Schloßthor.

Munita olim, hodieq; eſt adhuc, fuitq;, aggere ſeu vallo, nec non foſſa aqveâ ſufficientibus, altis, latis profundisq;, præſertim verſus ortum eâ parte loci dimidià. Unde Cæſaris (ut fertur) Caroli V. capto Electore Sax. Johanne Friderico, ante hoc ipſum ſeculum & qvod ſuprà eſt, effatum de noſtra hac, in verna-

cula noſtra: Hetten wir den Vogel nicht / das Neſt bekehmen wir ſo bald nicht.

Fori locus in mediâ urbe eſt fere. Vias ſeu plateas has habet principaliores: qvarum eas, qvæ per longitudinem oppidi excurrunt ab ortu verſus occaſum, præterlabuntur continuè rivi vel torrentes duo, à curſus qvalitate, die riſche und faule Bach vulgò: & hæ ſunt ita nominanturq;: die Collegengaß/Mittelgaß/ Jüdengaß/Schloßgaß / Coßwigergaß: per latum v. vel gibbum urbis: die Juriſtengaß/Bürgemeiſtergaß/Marſtallgaß/Newgaß/&c.

Curia in medio foro ſita eſt: minimè inelegans ſanè, ampla item atq; ſpatioſa ſatis. Loca publica verò, ſive ædificia potius reliqva Arx, templa, monaſteria Collegiaq; hodie, alia, hæc fere ſunt:

I. Arx ſive caſtellum Electoris hodie, ardua ſtructura, (adde heic armamentarium) duabus juxtà eidem aſſociatis contiguè fortisſimis rotundisq; ipſis & amplis, ex veterum inſtituto, turribus, qvondam ſedes regum principumq;: atq; idem ab occaſu in extremâ planè urbis parte hunc, nec non ab alterâ parte verſus meridiem item hunc Albimq; proſpicit. Conditum & ipſum, ut ferunt, à Wittekindo magno, anno Iↄ CC LXXX, abſolutum à Wittekindo III. & fil. ann. Iↄ CCCVII. perfectum deniq; ſive potiùs redintegratum extructumq; planè de novo, ut & hodie nunc extat adhuc per Dei gratiam, à Friderico III. & Sapiente, Duce-Electore Saxoniæ, anno cIↄ CCCCXC.

II. Huic jungitur contiguè Templum elegantisſimum omninò & artificioſisſimum; longum, latum, altum, nullisq; ſuffultum pilis: idemq; Cathedrale

vel

vel omnium Sanctorum qvondam, hodie v. Arcis atq; Academicum qvod ſalutatur. Cujus fundamenta jecit qvædam, extructo ibidem loci primùm ſacello, Rudolphus II. Dux & Elector Sax. Bernhardi, cujus ſuprà facta mentio, abnepos, anno CIↃ CCC LX. redintegratum verò, ampliatum idem, vel potiùs planè de novo extructum & ipſum eâ qva & hodie extat conſpicuumq; eſt adhuc forma, â laudatò modò Elect. Friderico III. Sapiente, ann. CIↃ CCCC XC. Quo de infra qvædam adhuc ſub finem hujus libri, Cap. IX.

III. Juxta forum mox in medio urbis alterum eſt templum, olim B. Virg. Mariæ ſacrum, hodie oppidanum ſive parochiale qvodq; vocatur: duabus contiguè verſus occaſum ipſi junctis clarum nobilitatumq; & ipſum qvadratis qvidem turribus, exeuntibus ipſis verò in faſtigia octogona; deniq; rotunda ferè qvæ hoc ipſo reparantur anno currente, clathratisq; ferreis ſeu coronis ſeu loricis de novo donantur. De qvo & ipſo adhuc pauca qvædam infrà, dicto modò loco.

IV. Templum atq; Cœnobium Franciſcanorum, vetus ſanè & ab Electorum Ducumq; XX. monumentis & ſepulchris clarum (de qvo & ipſo pauca qvædam adhuc ſub finem hujus Capitis) & ipſum in media civitate, ſed fundo ejus vel imâ gibboſaq; parte ſitum eſt, verſus ſeptentrionem, in plateâ Juriſconſultorum qvæ vocatur: hodieq; ex parte ſacris uſibus & porrò γεροντοτροφείῳ annonæqve dicatum ipſum.

V. Huic è regione mox reſpondet ſitumq; eſt Collegium Jure-Conſultorum, unde & plateæ nomen. Infrà qvod (in ejus contignatione inferiore)

Con-

Conſiſtorium Academicum & Eccleſiaſticum. Suprà verò (contignatione ſuperiore) Scabinatûs & Juridicæ Facultatis locus & conclave.

VI. Collegium Univerſitatis totius ſive Academicum, qvod & ab ejus fundatore Friderici, verſus ortum, non longè à portâ Elyſtri (qvam vocant) ſitum eſt, Albimq; ab una parte proſpicit. Heic Collegia ſive Auditoria majus & minus, vel novum & vetus, vel item Theologicum & Philoſophicum: itemq; Medicorum, unà cum Domo anatomica; adde & Cellam Academ. & Carcerem.

VII. Deniq; ad dictam ipſam Elyſtri portam propè, Cœnobium eſt S. Auguſtino qvondam ſacrum (opus & ipſum Friderici III. Elect.) dicatum hinc habitationi B. Lutheri: cujus Muſeum adhuc ibidem cernitur: poſtea hodieq; nunc, maximè ab anticâ novaq; ejus parte, ejusq; fundatore, Collegium Auguſti nominatum (de qvo & ipſo paulò plura fortè infrà) uſibus Academicis & ipſum deſtinatum. Heic Menſa communis, Auditorium Stipendiariorum ſive alumnorum Elector., & Domus Inſpectoris & œconomi, qvos vocant: In anteriore v. ejus parte Bibliotheca, porrò Cœnaculum majus & ſplendidum ſatis feſtivitatibus Academicis dicatum, hortus, &c.

Sed & alia præterea fuerunt extitereq; olim ædificia publica cùm intra tum extra urbem, durantia partem adhuc, plurima minùs, ut ſunt rerum viciſſitudines, ut templum Spiritus S. in cœmiterio ſuburbano, hodie vero πτωχοδοχεῖον h. e. alendis ſuſtinendisq; pauperibus & valetudinariis dicatum, Ædes S. Antonij, &c.

Forma

Forma Reipublicæ hodie, extra militem præſidiarium, triplex eſt: I. Univerſitas ſive Academia: qvæ dignitate fungitur & titulo Prælatorum Ordini in S. Romano Imperio convenientibus: de qvâ ex inſtituto mox. II. Qvæſtura: das Churfl. Ampt. (ejus ſito domicilio contiguè ad arcem) Cujus Caput Capitaneus, ex nobilium ordine, idemq; Judicij provincialis Præſes & director: hinc Qvæſtor ipſe, ſcribæ aliqvot publici, &c. III. Senatus oppidanus: E. E. Rath: in tres idem diſtinctus Ordines, ambulatorios per triennium ipſos. Conſtans in univerſum, extra Syndicum, XXIV. membris, tribus nempe Conſulibus, totidem prætoribus & reliqvis Senatoribus: adde Scribas tres publicos. Sed de his poſtremis duobus Statibus locus hic nobis non eſt.

Prærogativis præterea gaudet hæc Civitas, præ reliqvis alijs, hiſce ſeqventibus: qvod ſit nempe Metropolis Electoratûs Saxonici: die Churſtadt: porrò Sedes qvondam Principum & Electorum Saxoniæ: item Munimentum ſive propugnaculum Electorale: inſuper continet in ſe ſe Dicaſterium & Judicium provinciale (qvod item exercetur in arce Elector.) Scabinatum porrò, nec non Conſiſtorium Academicum & Eccleſiaſticum: adde Superintendentiam, ſic dicendo, circuli Electoralis, item Præpoſituram: omnium maximè verò qvod ſit fueritq; usq; huc, per DEI gratiam, Sedes, qvid? mater, fons & origo Religionis reſtitutæ purioris Chriſtianæ, nec non Muſarum domicilium longe omninò celeberrimum, mundi qvâ patet machina, frendentibus Orbe & Orco.

Atq; hæc illa de oppido VVittebergâ in communi.

*ni. Enimverò anteqvam ad alia abeamus, operæ pretium fuerit, notare dignumq; adhuc qvædam de conditione ejus, vel potiùs mutatione factâ hujus loci inſigni qvadam temporibus Caroli V. Imper. & Johannis Friderici, Elector. Sax. inde ab anno cIↄ Iↄ XL. & ſeqq: adeoq; jam ante hos centum, & qvod ſuprà eſt, annos. Res autem, ut præfiſcine dicam, ita ſe habet: Cum, poſt DEUM, miniſterio B. Mart. Lutheri mutatione facta in religione, inſtinctu maximè Papicolarum, his locis atq; regionibus Carolus V. Imperator, proſcripto item Elctore, Joh. Friderico, unà cum Haſſiæ Landgravio Philippo, aſſiduè bellum atq; vaſtationem minaretur, Johannes Fridericus, Elector, pio percitus zelo rebus ſuis proſpiciendum maturè eſſe exiſtimavit. Itaq; VVittebergam, ſedem ſuam Electoralem, ut eſſet contrà qvemvis impetum tutior, imprimis & de novo tunc munire animum induxit aggreſſusqve etiam eſt: qvod factum anno cIↄ Iↄ XLII. & ſeqq. hancqve aggere ſive vallo nec non foſsâ, ſat altis profundisqve & duplici muro laterilio, aliqvot altis pedes, de novo circumdedit. Ut autem commodiùs id fieri poſſet, qvumq; adhuc longior eſſet VVitteberga tunc, ex ea parte verſus ortum, qvàm nunc eſt, contraxit paulùm, deſtructo templo ſive ſacello S. Auguſtini, (nec nō alijs ædificijs qvibusdam privatisq;) qvod ad portam Elyſtri extabat, & ad Cœnobium Auguſtinianorum pertinebat, hodie Collegium Auguſti qvodq; vocatur, de qvo ſuprà: lapididibus item unà in ſubſidium dictorum murorum uſurpatis: qvod & ſimul & ſemel fecit cum ſacello in cœmiterio ſuburbano, Spiritus S. indigitato nomine, de qvo & aliqvid ſaltem ſuprà; item S. An-

næ,

næ, in Apollinis monte, qvondam ſubſtituto, ut fertur, ab Alberto Urſo in locum fani Apollinis.

Porrò anno cIɔ Iɔ XLIV. Templum Franciſcanorum Cœnobij, de qvo & ipſo ſuprà modò aliqvid ſaltem, fundatum anno Chr. cIɔ CC XXXVIII. ab Helenâ, Alberti I. Ducis & Electoris Sax. conjuge, filiâ Ottonis, Ducis Brunſvicenſis & Lunæburgenſis; (qvæ & ipſa cum pleraq; poſteritate ſuâ illuſtriſs. in hoc humata eſt: V. infrà paulò) vacuum aliàs tunc, atq; ut videbatur, ſuperfluum heîc qvidem loci, mutavit in granarium, ut ne annona deeſſet fortè aut commeatus in caſu neceſſitatis, diſtinctum ipſum qvatuor tabulatis ſive contignationibus, ut hodie adhuc extat idem; dirutis adeò altaribus & monumentis ſive epitaphijs plerisq;: qvorum Inſcriptiones nihilominus, beneficio Dn. Philippi Melanchtonis ſervatas adhuc infrà lib. II. etiam dabimus primo loco qvidem, ob vetuſtatem. Cœnobium verò ipſum templo contiguum Senatui datum oppidano dono eſt ab Electore, ad pios ſacrosqve uſus alios (qvemadmodum & hodie non rarò adhuc conciones in eodem inſtituuntur ſacræ) maximè verò alendis ſuſtentandisqve pauperibꝰ, ſenibus & valetudinariis. Hoc & tempore fere Ædes S. Antonij, poſt J. Conſultorum Collegium uno alteroq; lapide, mutatæ ſunt in domum habitationis privatamqve. Præterea anno cIɔ Iɔ XLVI. Turrium qvatuor, ad arcem nempe duarum & templi parochialis totidem, faſtigia ſunt remota, metu obſidionis cujusdam. Erant autem illa templi oppidani vel parochialis, ut iſta ad arcem, tunc pyramidalia, qvæ deinceps poſt decennium, ann. cIɔ Iɔ LV. & LVI. in octogona mutata, deqve novo extructa ſunt, ut hodie

 adhuc

adhuc extant, renovanturq; modò exornanturq; anno hoc ipſo currente CIↃ IↃ C LV: ut ſuprà & partem indigitatum: illa verò ad arcem ann: CIↃ IↃ LVIII. redintegrata ſunt. Illo tempore ſuburbia diruta qvoqve omnia, horti, arbores ſepesq; exciſæ circumcirca propinqviores; non ſecus atqve, proh dolor, ſuperioribus iterùm annis factum tempore belli Cæſariani & Svecici.

Porrò, hinc collecto milite Johann. Fridericus, Elector, ut obſervaret & id vulgi, melius eſt prævenire, qvàm præveniri, eodem adhuc anno CIↃ IↃ XLVI. Caſtra movit ſua Cæſariq; eadem oppoſuit in Bavariâ; ubi, nec non alibi etiam, per æſtatem integram non pauca egit fortiter primùm. Verùm cum diverſione factâ, ut loqvuntur hodie, primùm Cæſarianus exercitus ſub autumnum, ipſe verò dein Imperator Carolus cum fratre Ferdinando rege, aliisq; ſub veris tempora, CIↃ IↃ XLVII, in agrum Electoratus & vicina loca irrueret, ageretq; ut hoſtium ſunt mores, coactus eſt domum ire Elector; & demum inopinatò trajecto per Albis alveum qvendam Cæſariano exercitu, Dominicâ Miſeric. Domini, qvæ erat tunc d. XXIV Aprilis, habitis modò ſacris ab Electoralis propè Mülbergam, oppidum octo ab hinc milliaribus ad Albim, hinc cõmiſſoq; prelio levi vel qvalicunq; diſruptisq; ordinib9 fuſisq; Electoralibus, inter turbã ipſe circumventus, vulneratus, victus captusq; eſt Elector. Sol aliqvot diebus ante & poſt prælium heic calore fulſit ſanguineo, & integra urbs igne qvaſi circumdata, maximè circa occaſum, reſplenduit: hinc mox iris viſa elegantisſima: qvod pro malo primùm omine, hinc pasſis ſuperatisq; acerbis qvibusdam gratiæ vicisſim ſigno

gno habuerunt viri cordati hujus loci; qvod & factum ita. Animusq; erat, jam obſeſsâ Witteberga â d. IV. Maij per aliqvot dies (in qvâ fuiſſe feruntur ſepties mille militum) Cæſari capite plectere Electorem, ſed intervenerunt Elector Brandeburg. alijqve Principum, deditaq; eſt juſſu captivi Electoris Witteberga, nec non præſidium Imperatoris intra urbem receptum d. XXIII. Maij. Qvam ingreſſus Imperator, ſalutataq; conjuge captivi, qvamq; bono animo eſſe jusſit, divinitùs Deo omnia ſic certè moderante, ingreſſus imprimisq; item templum ad Arcem Academicumqve, moderatè tamen omnia, ſicutq; dignum tanto Heroe, egit Idem, exercitio religionis utpote, juribus & ſtatutis ſingulis & omnibus liberis & inviolatis omninò Wittebergæ relictis. Qvo de infrà & qvædam alia in ſpecie, qvæq; notatu fuerint fortè adhuc digna. Sic ademptâ tùm poſtea nihilominus dignitate Electorali cum unà hac urbe & viciniâ captivo ipſi Electori, ceſſerunt eadem ſingula Mauritio, Saxoniæ item Duci & agnato, nec non dein Electori, fel. memoriæ, ejusdemq; Poſteris Illuſtrisſimis, inſtauratoribus Urbis hujus & Academiæ.

Non ſilentio item heic prætereundi longè antè, nimir. anno CIↃ IↃ XXI. cùm B. Lutherus in Patmo ſua ageret, tumultus Carolſtadiani (Andreas Bodenſtein de Carolſtad ipſe aliàs ſic nominatus, art. & S. Theol. Profeſſ. Eccleſ. omn. S.S. Archidiaconus heic) qvi Berengerianæ hæreſeos autor ipſe & interpolator templa ſpoliavit heic ejectis nonnullis imaginibus, Scholam puerorum porrò, qvæ qvondam heic erat, ubi jam puellarum, nondum exædificato tùm ſcil. Scholæ

 oppi-

oppidanæ ædificio illo ſatis & ipſo hodie ſplendido (conditum qvod eſt CIↃ IↃ LXIV.) in macellum convertit panarium; qvod ſcriptum eſſet: *non docebit ultrà Vir proximum ſuum*, *Jer. XXXI, 34.* & qvæ alia nefanda, immò ridicula, peregit, ruſticus ipſe factus, Naber Andres geſtiens ſalutari is ipſe, advectis ex viciniâ lignis in hoc forum. Qvos motus tamen rediens Wittebergam B. Lutherus compoſuit mox, omniaq; in integrum reſtituit.

Deniq; in recenti fere ſunt & adhuc, proh dolor! memoria motus heic loci Sacramentariorum, annis CIↃ IↃ LXXXVI. ſeqq. de qvibus & aliqvid infrà adhuc Cap. ſeq. II. Qvibus tamen, DEO Laus, finem impoſuit, poſt Eundem, providentia paterna ſummi Magiſtratus. Sed de his ſimilibusq; nihil ultrà.

CAP. II.

De

Univerſitate ſive Academiâ: & in ſpecie Ejusdem Fundatoribus & Nutritijs Illuſtriſſ. usq; huc.

JAm, Univerſitas ſive Academia ipſa fundata hæc eſt anno Chriſtiano CIↃ IↃ II, ipſo die Evangeliſtæ Lucæ ſacro, h.e. XVIII. Octobr. à FRIDERICO III, cognomento *Sapiente*, Saxon. Duce Electore, feliciſs. memoriæ, Imperante tunc D. Maximiliano I. Cæſare, Rectore verò ejus (Academiæ) primo, Martino Polichio, Mellerſtadio, &c. deqvo mox.

Occa-

Occaſio ejus rei hæc fuiſſe perhibetur: Qvum in Comitiis Wormacienſibus, anno cIɔ CCCC XCV. communibus ſuffragijs decretum fuiſſet, ut qvisqve Electorum Academiam in ſuo Electoratu inſtitueret, Elector Semptemvir Saxoniæ reverſus domum cum ſuis de loco eidem in ſuo territorio attribuendo deliberare incepit. Nominatis itaq; ab alijs alijsq; locis oppidisq; alijs, modò laudatus Martinus Polichius, Mellerſtadius, Francus, Medicus nec non comes qvondam Electoris in itinere ſacro Jeroſolymitano, Wittebergam nominavit. Subridente primùm Electore conſilium Viri ſapientis, qvod tantæ rei domicilium minus fortè eidem videretur Witteberga; reſpondiſſe fertur Mellerſtadius non ſine indignatione: Cur Deo diffidis, Princeps-Elector clementiſsime? Ac certè huic provinciæ & civitati gratitudinis ergò cujusdam beneficium hoc debes, cum qvibus utpote Majores tui Electoratûs dignitatem conſecuti ſunt. Hæcq; in hoc ſplendido minimè loco condita Academia alias qvondam, ſcias, omnes Germaniæ luce ſuâ obſcurabit. Tùm ad hæc Princeps-Elector: ratum ergò faxit Deus omen hoc: aſſentior: ſit locus Academiæ Witteberga. Ex qvo factum etiam, ut primus ipſe, ceu dictum ex parte ſuprà, dicetur item infrà adhuc ſuo loco, deinceps Academiæ fundatæ noviter à ſapientisſimo Principe-Electore Rector nominaretur fieretqve. Ejus effigies ad vivum cum hac Inſcriptione habetur in Collegio Auguſti, in nominato ſuprà loco, feſtivitatibus Academicis deſtinato, ſuprà januam.

MARTINO

MARTINO. POLICHIO. MELLERSTAD. FRANCO. DIVINAR. HUMANARq; SCIENTIAR. ERUDITISS. ELECTORIS. FRIDERICI. SAPIENTIS. OPTIMAR. LITER. MORq;. DOMI. DOCTORI. FORIS. TERRA. MARI. DUCTORI. UBIQVE. CONSULTORI. FIDO. FELICI. CONSTITUTÆ. HIC. ACADEMIÆ. AUTHORI. RECTORI. PRIMO ET. IN. CATHEDRA. MEDICA. ANTECESSORI. VIRO. SUO. SECULO. CLARO, CAROQVE. PONI. CURAVIT.

DOCT. JOHANNES. JESSENIUS. A. JESSEN. RECTORE. FRIDERICO. TAUBMANNO. FR.

Circa Ejus Effigiem extat ſcriptum :

AUREUS. HOCCE. LOCO. STARE. DIU. MERUI.

Ac qvamvis qvidem tunc temporis Evangelij veritas ſub cineribus Cimmerijsq; Pontificiarum ſuperſtitionum tenebris adhuc latitaret ; attamen de novâ hac Univerſitate aliud jam erat Dei clementisſimi conſilium, qvi ita dicti Sapientisſimi Optimiqve Principis-Electoris non tantum movit mirificè rexitqve animum, ut mox anno ſeqvente ſexto, cIↃ IↃ VIII. vocaret Erfurdiâ VVittebergam Martinum Lutherum, organum futurum Dei ſummiq; negotij Ejusd. ſalutare, porrò promoveri curaret eundem in Doctorem an: cIↃ IↃ XII. ſed & contra ſuperſtitiones & abuſus Papiſticos diſputanti maſculè anno cIↃ IↃ XVII. anno ſeqvente mox cIↃ IↃ XVIII. Auguſtæ Vindelicorum in Comitiis, nec non tum poſtea per totam vitam ſuam, probè intelligens Optimus ſapientiſſimus

qve Princeps-Elector non ludicra aut inania eſſe certamina, qvæ à Luthero moverentur, eidem, qvam debuit defenſionem, ſufficientisſimè qvoq; præſtaret. Mortuus eſt Fridericus, Elector optimus-maximus, cùm ante CIↃ IↃ XIX. defuncto Maximiliano I. Imperatore, Rex Romanorum deſignatus eſſet ipſe, cælebs, anno CIↃ IↃ XXV. d. 5. Maij. Compoſitusq; heîc eſt Wittebergæ in templo arcis Academico, ante altare ipſum.

Huic ſucceſſit frater JOHANNES, cognomento *Animoſus* dictus: qvod non tantùm talem in promovendo cœpto per Lutherum & προστάτας ejus fideles religionis negotio ipſe ſe præſtaret, ſed maximè qvoq; Confesſionem fidei ſuæ & Eccleſiarum aliqvot conjunctarum Carolo V. Imperatori in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum celebratis, anno CIↃ IↃ XXX. intrepidè exhiberet tueretur q;, ipſe deniq; animoſus & conſtans in agnitâ ſemel veritate cœleſti maneret. Mortuus eſt anno CIↃ IↃ XXXII. d. XVI. Auguſti. Sepultus & ipſe heîc Wittebergæ ſuprà modò dicto loco, ad latus fratris; fel. mem. uterq; Monumenta atq; inſcriptiones eorund. V. infrà ſuo loco.

Succeſſorem porrò hic habuit filium JOHANN: FRIDERICUM, *Conſtantis* cui adjudicatum nomen: qvod pro defenſione veræ religionis, captis contra Cæſarem Carolum piis armis, circumventus qvidem captusqve in bello, nihilominus conſtans in ſemel agnitâ veritate Evangelii & confesſione ejus maneret. Hic de novo Wittebergam, ut ſuprà dictum Cap. I. vallo, foſsâ, dupliciq; muro lateritio circumdedit. Templum item Cathedrale omniumq; Sanctorum arci contiguum,

unà cum reditibus Collegij Canonicorum, Academiæ attribuit donavitqve.

Dignitate ſic ademptâ Electorali captivo Joh. Friderico, translata porrò eſt eadem ad ejus agnatum, MAURITIUM, Saxon. Ducem & ipſum fortisſimum: eidemq; hac ratione Witteberga, metropolis tanq. Electoratûs Saxonici, cum Saxoniâ unâ ſuperiore ipſâ cesſit: qvod factum anno cIↃ IↃ XLVII. Cui propter bellica hinc facta aliaq; excellentia perplurima *Magnanimi* attributum nomen ex meritoq; eſt. Sed non longè, heu, diuve idem præfuit.

Hoc defuncto qvippè paullò poſt, nempe anno cIↃ IↃ LIII, die XI. Julij, eidem ſuccesſit frater AUGUSTUS, *Pacificus* ipſe dictus, qvi integris ita ſanè nimirum præfuit annis XXXIII. Pacem Hic poſt DEUM his regionibus reſtituit, religionem veram fovit, promovit, falſam, Sacramentarios imprimis jam tum huic noſtræ ex inſidijs jugulum petentes, ſuppreſſit, Concordiæ porrò Librum conſcribi & edi cum aliis curavit, Academiam novis accesſionibus & reditibus, ijsdemq; ampliſſimis, ipſe donavit, imprimis & Collegium de ſuo nomine Auguſtum nuncupatum ad portam Elyſtri de novo & ex fundamentis (qvod ad partem anteriorem) extruxit, de qvo ſuprà Cap. I. Hujus hæc habetur ſub ingreſſum ejus Inſcriptio:

PIETATE. ET. MUNIFICENTIA. ILLUSTRISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI. DN. AUGUSTI. DUCIS. SAXON. ROMANI. IMP. ELECTORIS. ET. ARCHIMARSCHALLI. LANDGRAFII. THURING. MAR-

MARCHIONIS. MISNIÆ. ET. BURGGRAFII. MAGDEBURGENSIS. NUTRITORIS. ECCLESIÆ. ET. SCHOLAR. CLEMENTISS. HÆC. DOMUS. QVÆ. FUIT. DOCTORIS. LUTHERI. COMPARATA. ET. EXSTRUCTA. EST.

Auguſtum excipit vitâ piè functum, anno cIↄ Iↄ LXXXVI, Febr. d. XI. CHRISTIANUS, I. ex Chriſtianiſsimi Daniæ Regis, Chriſtiani III. filiâ Anna, Filius: ſub cujus gubernatione, dolis perplurimis circumvento optimo Principe-Electore, dura plurima paſſa ſunt à Sacramentariis hæc & Academia & totus Electoratus: donec hoc præmaturâ prævento morte, anno cIↄ Iↄ XCI. d. Septembr. XXV. filijs verò Principibus ipſis minorennibus adhuc, tutor his & Electoratus Saxonici Adminiſtrator & Pro-Elector daretur FRIDERICUS WILHELMUS, Dux Saxoniæ, lin. Vinnarienſis, cujus poſt DEUM beneficio pax Eccleſiis & huic etiam præſertim Academiæ viciſſim reſtituta eſt. Præfuit idem annis integris X.

CHRISTIANUS II. natu major Chriſtiani primi filius ſeqvitur, majorennis jam, anno cIↄ Iↄ CI. Sub cujus auſpicijs, anno ſeqvente mox, cIↄ Iↄ CII, pace Eccleſijs harum regionum & Academiæ etiam huic jam reſtitutâ undiqve, ipſa Centeſimum, DEO Laus, à prima ſuâ fundatione annum, Natalem tanqvam, Jubileâ feſtivitate celebravit, ſumptibus munificentiſſimè ad hanc ab Electore ſuppeditatis. Mortuus eſt anno cIↄ Iↄ CXI. Junij XXIII.

JOHANNES GEORGIUS, Chriſtiani I. Filius, II. Frater, Senior ipſe hodie ac premus idem, Inclutiſ-

ſimus Princeps Elector ſuccedit ab anno cIↄ Iↄ C. XI. usq; huc. Qvi VIVAT, VIVAT, VIVAT! Imperii S. Romani ter Ipſe, utpote demortuis D. D. D. Rudolpho, Matthia, Ferdinando II. Imperatoribus, Locum-tenens, pace & bello maximus Heros, Collegii ſacratisſimi Electoralis Senior, ſine exemplo fere Princeps-Elector Saxoniæ illuſtriſſimus per ipſos annos XLV, ætatis ſuæ hodie LXXI. Ipſe adhuc Nutritor, Conſervator & Inſtaurator Academiæ hujus temporibus hiſce extremis munificentiſſimus, clementisſimus. Cum qvo ipſo & VIVANT, VIVANT Illuſtrisſimi Celſisſimiq; Principes ac Dn. Dn. Princeps-Hæres & Pro Elector JOHANNES GEORGIUS, Filius, & Joh. GEORGIUS, Nepos, Domini & ipſi Clementisſimi:

Atqve hi ſunt Fundatores Nutritijq; munificentiſsimi, felicisſimæ memoriæ, hujus Academiæ à primâ ejusd. fundatione, ad hunc usqve annum currentem cIↄ Iↄ C LV. Qvorum ad vivum, in juſta ſtatura, habitu Electorali, ipſas Eorundem Imagines, extra adhuc poſteriorem, JOH. GEORGIUM, Seniorem, videre eſt in Collegio Auguſti, loco non ſemel nominato, feſtivitatibus dicato Academicis cum hac Inſcriptione:

ACADEMIAM VVITTEBERGENSEM.

FRIDERICUS. III. DEI. BENIGN: DUX. SAX. &c. INCHOAVIT.

JOHAN-

JOHANNES. DEI. BENIGN. DUX. SAX. &c.
CONSERVAVIT.
JOHANNES FRIDERICUS. D.B.DUX. &c.
FUNDAVIT.
MAURITIUS. D. B. DUX. SAX. &c.
BELLO. DISSIPATAM. INSTAURAVIT.
AUGUSTUS. D. B. DUX. SAX. &c.
EXORNAVIT. AMPLIFICAVIT. ET.
CONFIRMAVIT.

CAPUT III.

Documenta qvædam ſiſtit Ejus fundationem, privilegia, ſtatuta, alia concernentia.

SEqvitur nunc ut adhuc Documenta qvædam proferamus, qvæ Academiæ hujus fundationem, incrementa, privilegia, ſtatuta, ritus, alia concernunt. Enimverò, prolixitatis evitandæ causâ, non de verbo ad verbum illa ſiſtemus, ſed Senſum ſaltim, bona tamen fide, eorundem recitabimus. Offert ſeſe itaqve primùm:

I. Privilegium Maximiliani I. Imperatoris.

Hujus tenore, deqve plenitudine poteſtatis Imperat. ad inſtantiam Friderici, Electoris Saxon. erigitur & inſtituitur in civitate VVittebergâ Univerſitas ſive Studium aliqvod generale: In qvo posſint & valeant Doctores qvarumcunqve facultatum, in S. Theologiâ, utroq; Jure, Medicinâ, Philoſophiâ & artibus qvibuscunq;

[library stamp]

cunq; bonis ac ſcientijs liberalioribus legere,docere, interpretari, gloſſare, dilucidare, repetere, diſputare,Concluſiones palam ſuſtinere,omnesq; actus ſcholaſticos exercere eo modo, ritu & ordine, qvi in cæteris Univerſitatibus & Gymnaſiis publicis obſervari ſolent. Porrò Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati & Doctores creari, & conſveta ornamenta atqve inſignia ipſis tradi & conferri: qvodq; promoti & promovendi debeant ac poſſint in omnibus locis & terris S. Romani Imperii ferri,nec non omnibus & ſingulis gaudere & uti privilegiis, prærogativis,exemtionibus, libertatibus, conceſſionis, honoribus, præeminentijs, favoribus ac indultis,qvibus cæteri in Bononienſi,Senenſi, Patavino,Papienſi,Perriſino,Pariſienſi,Lipſienſi alijsqve Studiis promoti. Poteſtas ſit proporrò Univerſitati,ut cæteris,cum conſenſu Electoris,condendi & faciendi ſtatuta & ordinationes, creandi Rectorem & alios qvoscunqve officiales Univerſitatis, per hos exercendi itemq; jurisdictionem in Scholaſticos, citandi,audiendi,judicandi, exeqvendi, & jus reddendi. Præterea eximuntur Doctores & Scholares Univerſitatis à jurisdictione & ſuperioritate cujuscunqve poteſtatis, præterqvam Cæſareâ & Electorali. Deniq; ipſa Univerſitas dignis ſic fulcita prærogativis nulli alteri qvantumvis vetuſtæ & celebratæ Univerſitati poſtponenda concluditur. Sub Dato Ulmæ,civitat.Imperial. Anno cIↃ IↃ II. pridie Non. Julij.

II. Confirmatio Univerſitatis à Raijmundo, Cardinali Gurcenſi.

Idem Cardinalis,necnon ad univerſam Germaniam,

niam, Datiam, Sveriam, Norvvegiam, Friſiam, Pruſſiam, Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, authoritate Apoſtolicæ Legationis qvâ fungitur & in hac parte, authoriſat, confirmat, ratificat & approbat fundationem & erectionem Academiæ VVittebergenſis in perpetuum: adde ipſius Rectoris, qvatuor facultatum Decanorum Doctorum, Licentiatorum, Magiſtrorum, Baccallariorum & Scolarium omnia & ſingula privilegia, jura, indultus, prærogativas, præeminentias, &c. Præceptori Domus S. Antonij in Lichtenburg & Præpoſito oppidi VVittenberg, ac officiali Brandenburg. mandat, ut defenſionem Academiæ ſuſcipiant. Dat. Magdeburg. Anno cIↃ IↃ II. 4. Non. Febr. Sub Pontificiatu Alexandri VI. anno ejusd. XI.

III. Confirmatio alia Raijmundi, Cardinalis.

Perſcripta hæc ad Rectorem, Doctores & Magiſtros inſignis Univerſitatis Wittebergenſis approbat & confirmat in ſpecie collationem Graduum in Theologiâ & Jure Canonico. Sub Dat. Magdeburg. Anno cIↃ IↃ II, 4. Non. Febr.

IV. Bulla. Roman. Pontificis, Julij.

Concedit hæc, unit, annectit & incorporat (verba Bullæ) Eccleſiæ Collegiatæ, qvæ eſt ad arcem, Præpoſituras rurales in Kemberg, Clœden & Schliben, nec non Eccleſias parochiales in Orlamundâ, Aysfeld, Schalcken, Schmiedeberg, Libenvverde, VVeyde &

Jeſſen,

Jeſſen; item Capellam in Cœmiterio B. Virg. in VVittenberg. In ſpecie nominat, conſtituit & præficit eidem (Eccleſiæ Collegiatæ) Præpoſitum, Archidiaconum, Cantorem, Cuſtodem, ſcholaſticum, ſyndicum & qvinque Canonicos: Præpoſituram qvidem in Kemberg, Archidiaconatum in Orlamünd, Cantoriam in Aysfeld, Scholaſtriam in Schliben, Cuſtodiam in Clöden, Syndicatum in Schmideberg, Canonicatus & præbendas qvinqve: 1. Capellam B. Virg. 2. in Schalcken, 3. in Libenvverda, 4. in VVeyde, 5. in Jeſſen. Unit porrò, vel ex Studio ſive Univerſitate VVittebergenſi & Collegio ſive Eccleſiâ dictâ Collegiatâ unum facit conſtituitqve Corpus, cujus caput Rector, hinc Cancellarius, &c. Hæc omnia approbat, confirmat, &c. Fridericus Elector in ſpecie v. pro dote dignitatum officij ac Canonicatuum & præbendarum ſupradictarum exponet ſummam duorum millium Ducatorum. Ita erigit hæc perpetuò Pontifex: concluditqve, ſi qvis hæc (dicta, ſcripta,) reſcindere attentaverit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Romæ, apud S. Petrum. Anno CIↃ IↃ VII. 12. Cal. Julij. Pontificatus qvarto.

V. Conſervatorium Julij, Papæ.

Scriptum ad venerabiles fratres, Miſnenſem & Brandeburgenſem Epiſcopos, & dilectum filium Abbatem Monaſterij Salfeldenſis, Moguntin. diœceſ. Conqveſta nempe Academia, qvod nonnullæ poſſesſiones & reditus, debiti Academiæ, retinerentur à nonnullis

Archi-

Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Clericis & Eccleſiaſticis: item Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, ſecularibus alijs: mandat ergò ſupradictis Epiſcopis, ut authoritate Pontificiâ hi compeſcantur, ne moleſti ſint Academiæ; invocato ad hanc rem, ſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis. Dat. Bononiæ. Anno cIɔ Iɔ VI. 12. Cal. Januar. Pontificatus qvarto.

VI. Sub-Conſervatorium Epiſcopi Brandeburgenſis.

Hieronymus, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Eccleſiæ Brandenburg. Epiſcopus, Judex & Conſervator jurium, privilegiorum & libertatum venerabilium & egregiorum Virorum Dnn. Rectoris, Magiſtrorum, Doctorum & Scolarium almæ Univerſitatis Studij VVittebergenſis, &c. Venerabilibus, circumſpectis & egregiis Viris, Dnn: Præpoſito, Decano, Cantori & Cuſtodi Eccleſiæ Collegiatæ VVitteberg. committit Executionem literarum Apoſtolicarum (Julij Papæ) &c. Dat. Berolini, in aula epiſcopali. Anno cIɔ Iɔ VIII. 7. Martij.

VII. Sub-Conſervatorium Abbatis Salfeldenſis.

Georgius, DEI gratia, Abbas monaſterij S. Petri Slafeldenſis, &c. (Ejusdem fere tenoris eſt cum præcedente.) Dnn. Præpoſito, Decano, Scholaſtico & Cantori Eccleſiæ Collegiatæ omnium Sanctorum in Wittenberg, nec non Decano Collegiatarum Eccleſiarum in Zerbſt vices ſuas committit, qvod ad executionem

tionem literarum Apoſtolicarum, Julij Papæ. Dat. Salfeld in monaſterio & abbatiâ ibid. Anno cIɔ Iɔ IX. 12. Septembr.

VIII. Conſervatorium Leonis X. Papæ.

Scriptum ad dilectum filium, Præpoſitum Monaſterij S. Mauritij, in ſuburbio Numburgenſi: qvem loco Epiſcopi Brandeburg. Conſervatorem conſtituit in cauſsâ moleſtiarum, intentatarum Academiæ jam tempore Julii, Papæ & prædeceſſoris. Dat. Romæ. Anno cIɔ Iɔ XIII. 4. Id. Octobr. Pontificatus primo.

Sed & Fundationis literæ & Confirmationes (Fundation-und Confirmations-Brieffe vulgò) aliæ-aliæq; proſtant inſuper Sereniſſimorum & potentiſſ. Sax. Principum-Electorum in archivo, qvod dicitur, Univerſitatis; qvarum nec fas qvidem nec opus eſt ſingularum æqvè tenorem reddere hoc loco. V.gr.

Fundations-Brieff (Deutſch) Churfürſt Johann Friedrichs/ſub dato Wittenberg / den Freytag nach Miſericord. Domini, anno 1536. publicirt in deſſen præſentz auffm Schloß alhier / den 7. Maij, qvæ erat tunc Domin. Jubilate, 1536.

Fundations-Brieff Churfürſt Moritzens / ſub dato Torgaw/ den 7. Januarij. 1548.

Fundations-Brieff Churfürſt Auguſti, ſub dato Dresden / 23. Octobr. 1555. Item: Newe Fundation oder Confirmation, ſub dato Dreſden / 3. April. 1569. &c.

Coronidis loco placet anneƈtere heic loci adhuc, de verbo ad verbum qvidem atqve hac vice, Paginas ſive Membranas duas: qvarum altera faſtigio turris alterius in Arce, altera ſphæræ æneæ turriculæ cochleatæ in Collegio Auguſti ad portã Elyſtraminclusa eſt: de Urbe ſcil. hac in genere & Academiâ ſ. Univerſitate in ſpecie, deq; rebus geſtis heic loci qvibusdam, nec non mutationibus inde â fundatione earundem utrinq; factis notabilioribus.

I. Pagina incluſa in faſtigium Turris in Arce.

NIſi Dominus cuſtodierit Civitatem fruſtra vigilat, qvi cuſtodit eam. Primùm igitur DEUM *omnipotentem, æternum Patrem Domini noſtri* JESU *Chriſti, qvi cum filio ſuo coæterno, Domino noſtro* JESU CHRISTO, *& Spiritu Sancto creavit Cœlum & terram & homines, & collegit ſibi in genere humano æternam Eccleſiam, & propter Eccleſiam ſervat hoſpitia, precamur, ut harum regionum Principes & populum clementer gubernet & protegat & cuſtodiat oppida & locà omnia harum regionum.*

Cum autem harum Turrium nova faſtigia fierent, Anno cIↄ Iↄ LVIII. *munificentia Inclyti Ducis Saxoniæ Electoris Auguſti, hæ narrationes de mutationibus, qvæ hic inciderunt, in capita tectorum incluſæ ſunt. Ac ut poſteritas ſciat, qvomodo noſtro tempore ſitus obſervatus ſit, hoc primùm adſcripſimus: Artifices indicaſſe, Oppidum Wittebergam ſitum in ripa Albis ſupra Meideburgum habere Longitudinem graduum XXX. & XXX. minutorum, Latitudinem verò graduum LI. minutorum LIV. An verò Witteberga*

à Widekindo condita ſit, non ſcimus: nec hiſtorias habemus de Oppido vetuſtiores Imperatore Friderico Primo, qvi Henrico Superbo, Duci Saxoniæ, eripuit dignitatem Electoratus & partem ditionis, & dedit Bernhardo Principi Anhaldino Ducis Saxoniæ Electoris dignitatem, & Wittebergam cum vicinis aliqvot oppidis, ſitis inter Myſorum regionem & Marchionis Electoris ditionem. Ademit & aliam partem non procul ab Hamburgo ſitam, & ademptam dignitatem Electoris & ditionem attribuit Bernhardo, Principi Anhaldino. Hæc acciderunt circiter annum à nato Chriſto ex Virgine cIↃ CLXXX. Poſt id tempus Witteberga fuit præcipuus locus Aulæ Ducum Saxoniæ Electorum, & multi Principes Electores orti à Bernhardo Anhaldino, & eorum Conjuges, filij & filiæ Wittebergæ ſepulti ſunt: qvorum nomina in ipſis monumentis legimus, & recitantur in hiſtoria Principum Anhaldinorum, qvorum præcipua & hic recitabimus, ut, qvi legent, tot bonis Principibus gratum fuiſſe hoc domicilium, magis ament hoc Oppidum.

In Templo Franciſcanorum Wittebergæ hi Principes & eorum Conjuges ſepulti ſunt. Domina Helena, Ducis Saxoniæ Electoris Alberti conjux, Filia Ducis Brunſvicenſis Otthonis, Fundatrix Cœnobij: obijt Anno M CC LXXIII. ſepulta in medio choro. Dux Albertus, Maritus ejus, fuit Ductor Exercitus apud Imperatorem Fridericum II. cum in Ægypto Damiata recepta eſt, anno M CC XIX. Eſt autem nunc Damiata, qvæ olim nominabatur Peluſium. Dux Albertus II. filius Alberti Primi obijt Anno M CC XCVII. ſepultus in templo Franciſcanorum Wittebergæ. Conjux ejus Domina Hagne, filia Rodolphi Imperatoris, obijt anno M CCC XII. ſepulta in medio choro. Huic Duci Alberto,

Socer

Socer Rodolphus Imperator addidit Palatinatũ Saxoniæ, & comitatum Breen. Ad oppidum Aken in ripa Albis â Meidebergenſibus victus eſt. Rodolphus primus Alberti II. filius, natus ex matre Hagne, vicit Meidebergenſes ad oppidum Borcau. Hujus conjunx Jutta, filia Marchionis Ottbonis longi, mater horum filiorum: Alberti, Ottbonis, Johannis & Rodolphi; obijt anno M CCC XXVII. ſepulta in choro, ad parietem meridianum. Rodolphus II. Dux Saxoniæ Elector elegit Carolum IV. Imperatorem contra Ludovicum Bavarum: profectus in Galliam ad Philippum Regem Franciæ, duxit exercitum contra Edvardum Regem Anglicum, qvo tempore magno prælio victi ſunt Galli ab Anglis, & cecidit in prælio Rex Bojemiæ Johannes, qvi auxilia ad Regem Gallicum adduxerat, & Angli Caleſio potiti ſunt. Donatus eſt autem Rodolphus â Rege Gallico ſpinâ, qvæ ex Chriſti corona eſſe dicebatur: qvam ſpinam cum in patriam attuliſſet, fundavit VVitteberga Collegium Canonicorum. Mortuus eſt anno MCCC LXXXV. Conjunx ejus Domina Anna, filia Landgravij Thuringiæ, Baldaſari, mortua eſt anno M CCC XCV. Sepulti ſunt in templo Franciſcanorum VVittebergæ. VVenceslaus, Dux Saxoniæ Elector, occupavit Lunæbergenſem Ducatum: ſed in obſidione Cellæ accepit lethale vulnus, ex qvo mortuus eſt, anno M CCCC II. Uxor Cæcilia, filia Franciſci Principis Paduani, qvi tunc Imperialis Vicarius fuit, obijt anno ↀ CCCCXXIX. Lapis ſepulchralis cum inſcriptione erat marmor porphyreticum in templo Franciſcanorum. Rodolphus III. Saxoniæ Dux & Elector, VVenceslai filius, depulit Epiſcopum Meideburgenſem â Peltzick & Rabenſtein, obijt anno M CCCCXIX. Uxor Barbara, Duciſſa Lignicenſis & Bregenſis, obijt anno M CCCC XXXV. Horum

 filios

ſilios Rodolphum & VVenceslaum, viventibus parentibus, oppreſſit in arce Sveinitz lapſa turris. Pater deinde à Sigismundo Imperatore miſſus in Bojemiam, ut authoritate Imperij mandaret Bojemis, ut qvieſcerent, in itinere mortuus eſt. Succeſſit Albertus Elector, in ea familia poſtremus, Rodolphi III. frater. Conjugem habuit filiam Ducis Aureliani: incendio in arce Locha orto perterrefactus aliqvanto poſt mortuus eſt anno, M CCCC XXII. Deceſſit ſine maſculis hæredibus, ſepultus apud fratrem in templo Franciſcanorum. Hanc commemorationem hic inſeruimus, ut, qvi legent, ſciant fuiſſe egregiam virtutem etiam illo tempore Principum Electorum Saxoniæ Ducum; qvanqvam potentia non ſemper par fuit.

Anno M. CCCC XXIII. translata eſt Dignitas Electoralis in familiam Marchionum Miſnenſium, qvi magnos Exercitus ad reprimendos Bojemos miſerant, & Fridericus Marchio tunc regionem Myſorum & Thuringiam tenebat. Huic igitur Imperator Sigismundus tradidit dignitatem Electoris Saxonici, & eam regionem, qvæ nunc eſt Electoris propria, in qua eſt VVitteberga. Ornavit Urbem VVittebergam Dux Saxoniæ Elector Fridericus III, qvi vixit regnante Imperatore Maximiliano. Condidit Arcem & Templum Arci vicinum, & ripas Albis ligneo ponte junxit. Poſtea Anno M D II. Academiam VVittebergæ conſtituit, accerſitis huc Lectoribus ex Academiâ Lipſicâ, & ex Academia Tubingenſi. In hac Academia anno M D XVII. Reverendus Vir, Martinus Lutherus, natus in Islebē, Theologiæ Doctor, edidit propoſitiones pie & eruditè ſcriptas de vera pœnitentia & fide, qvâ homo in converſione accipit remiſſionem peccatorum, & fit juſtus, & refutavit multos errores Romanorum Pontificum & monachorum de impoſturis indulgentiarum & alijs falſis opinionibus.

nibus. Inde orta eſt correctio multarum ſuperſtitionum & reſtitutio puræ doctrinæ Evangelij, de qva extat Confeſſio Eccleſiarum Saxonicarum, exhibita Imperatori Carolo V. in comitiis Auguſtanis Anno M D XXX. Qvam confeſſionem ſcripſit Philippus Melanchthon, natus in oppido Palatinorum Rheni Bretta: qvi etiam alia utilia ſcripta edidit, ex qvibus cognoſci poteſt, integrum doctrinæ genus in hac urbe receptum, verum eſſe & Eccleſiæ neceſſarium. Speramus enim, DEO juvante, libros ad poſteritatem perventuros eſſe. Etſi autem Romani Pontifices & Epiſcopi cum eo ſentientes & Imperator Carolus V. & multi principes veritati adverſabantur: tamen magna pars Germaniæ, & in aliis gentibus multi viri docti & timentes Deum, amplexi ſunt doctrinam Confeſſionis Eccleſiarum Saxonicarum. Nec vero dubium eſt, Romanos Pontifices Carolo Imperatori ſemper hortatores fuiſſe ad bellum movendum contra eos, qvi puram Evangelii doctrinam amplexi erant. Tandem igitur anno M D XLVI. cum eodem anno, menſe Februario, Doctor Martinus Lutherus mortuus eſſet, edidit proſcriptionem Carolus Imperator contra Ducem Saxoniæ Johannem Fridericum & Landgravium Haſſiæ Philippum: quæ belli occaſiones proximè anteceſſerunt. Qvæ cauſæ oſtenſæ ſint, legi poteſt in integris hiſtoriis. Nam Imperator Carolus, ne omnium Principum animos à ſe alienaret, adfirmavit, ſe tunc non mutaturum eſſe Eccleſias. Cum autem Dux Saxoniæ Johannes Fridericus Elector & Landgravius Haſſiæ & ſocii duxiſſent magnum exercitum in Bavariam, ut Imperatori Carolo, ibi colligenti exercitum, occurrerent, levia aliqvot prælia ibi facta ſunt, ac tota hyems conſumpta eſt ſine magno prælio. Qvia Imperator Carolus cum exercitu tanto & cupido dimicationis non eſſe pugnandum judicabat. Rediit igitur Dux Saxoniæ, Johannes Fridericus

Elector

Elector in regionem Myſorum. Et quia bellum inter agnatos Principes, Ducem Johannem Fridericum & Ducem Mauritium motum erat, Carolus Imperator in vere Anni M. D. XLVII. ab oppido Egra duxit magnum exercitum ad ripam Albis propè Mülbergk, quod ſupra Torgam ſitum eſt. Ibi die XXIV. Aprilis captus eſt in prælio Dux Saxoniæ Johannes Fridericus & ad Carolum Imperatorem mox adductus, qui captivum apud ſe retinuit, & ſtatim cum exercitu ad Oppidum Wittebergam acceſſit. Cumq́ Imperator Carolus, & Rex Ferdinandus & alij Principes divertiſſent in pagum Academiæ Piſtriciam, Imperator inde usq́ ad Albim caſtra locat & petit, ut fiat Wittebergæ deditio. Erant in Oppido Ducis Joannis Friderici conjunx & tres filij. Pater extra urbem in caſtris captivus erat. Itaq́ & Pater & filij in majori periculo futuri erant, ſi oppidum vi expugnatum eſſet. Oppidum igitur Witteberga conſilio Nobilium, quibus commendata erat Conjunx Ducis Joannis Friderici cum filiis, deditum eſt Imperatori, & præſidium Imperatoris intra mœnia receptum eſt, die XXIII. Maij. Poſtea Imperator dignitatem Electoris Saxonici tranſtulit in Ducem Saxoniæ Mauritium, & ei Wittebergam & hanc vicinam ditionem, quæ eſt Electoris propria, tradidit, & certis conditionibus pacem dedit Filijs Ducis Joannis Friderici.

Hoc modo facta eſt mutatio Dominij in hac ditione Anno M D XLVII. Moderatè autem egit Imperator, quod dignitatem Electoris & hanc ditionem non tranſtulit à Familia Ducum Saxoniæ. Et Dux Saxoniæ Elector Mauritius clementer gubernavit, & defendit hanc ditionem, cum poſtea nova bella mota eſſent ab Alberto, Marchione Brandenburgenſe, qui minitabatur his regionibus ad Albim vaſtationem.

Mortuo

Mortuo autem Duce Saxoniæ Electore Mauritio Anno M. D. LIII. ſucceſſit Frater Dux Saxoniæ Elector Auguſtus, qvi facta transactione cum Duce Joanne Friderico pacem in his regionibus conſtituit. Poſtea & Hæreditarium fœdus Ducum Saxoniæ, Marchionum Brandeburgenſium & Landgraviorum Haſſiæ renovatum eſt: qvo in fœdere & hoc comprehenſum eſt, ut conſenſum tueantur de confeſſione puræ doctrinæ, exhibita Imperatori Carolo V. in conventu Auguſtano Anno M. D. XXX.

Hactenus igitur, Dei beneficio, tranqvillam gubernationem Dux Saxoniæ Elector Auguſtus tenet, qvi in vita privata juſtus, caſtus & modeſtus eſt, & DEum vera invocatione in agnitione & fiducia Domini noſtri JESU CHRISTI colit, & publicè Eccleſias, diſciplinam & jurisdictionem tuetur. Oſtendit etiam ſtudium publicæ pacis & concordiæ in Germania, cùm in aliis negociis, tum in Electorum conjunctione tuenda: qvi hoc anno M. D. LVIII. Francofordiæ omnes convenerunt, ut, cùm Imperator Carolus ultrò Imperatoriam dignitatem depoſuiſſet, Electionem Imperatoris Ferdinandi confirmarent, nec ſinerent Germaniam diverſis electionibus diſtrahi.

Oramus igitur DEUM æternum, Patrem Domini noſtri JEſu Chriſti, Creatorem generis humani, Cuſtodem Eccleſiæ ſuæ & honeſtarum Politiarum, ut huic Duci Saxoniæ Electori Auguſto tribuat longa vitæ ſpatia, ſalutarem gubernationem & felicem poſteritatem.

Hujus Ducis Saxoniæ Electoris Auguſti mandato & ſumptu hæc faſtigia turrium rurſus facta ſunt. M D LVIII. cum ante obſidionem amota eſſent, ut collocari machinæ in turres poſſent; quæ tamen demolitione non opus fuiſſet. Qvia Imperator Carolus adeo qvietus fuit, ut ex machinis ejus

E nullus

nullus globus in oppidum emiſſus ſit. Ita Deus clementer hoc Oppidum protexit.

II. Membrana incluſa Sphæræ æneæ in faſtigio Turriculæ cochleatæ, qvondam Cœnobij Auguſtiniani, hodie Collegij Auguſti, qvod vocatur.

Hæc Domus initiò extructa eſt ſumptibus Illuſtriſsimi Principis ac Domini, Domini Friderici III. cognomento Sapientis, Ducis Saxoniæ, Septemviri & Archi-Marſchalli ſacri Romani Imperij, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Burggravii Magdeburgenſis &c. Anno à nato Chriſto Salvatore cIↄ Iↄ II. Extructa autem fuit hoc conſilio, ut eſſet Cœnobium Monachorum è familia eorum, qvi ſe profeſſi ſunt Sectatores Auguſtini. Religionem & leges ejus familiæ cum amplexus eſſet Martinus Lutherus Erphordiæ, Anno à nato Chriſto M D IV. Adductus verò pietatis ſtudio, qvarto Anno ab ingreſſu in Cœnobium iſthinc huc commigravit. Ejus migrationis hæc fuit occaſio: Reverendus Vir Stupitius Provincialis Familiæ, ut vocabatur eo tempore, qvia Exordia Academiæ VVittebergenſis adjuverat, cupiebat etiam in Academia recenti ſtudium Theologicum excitare. Cum ergò explorato ingenio & eruditione Lutheri deprehendiſſet, unum inter omnes hunc maximè ad Doctrinæ ſacræ enarrationem idoneum fore, Erphordiâ huc eum traduxit annum agentem viceſimum ſextum, anno Chriſti cIↄ Iↄ VIII. Lutherus cùm aſſiduè docendo, concionando & diſputando acuiſſet ingenium, auxiſſet doctrinam

nam & confirmaſſet Judicium & arderet pietatis ſtudio, irritatus impijs & nefarijs concionibus Tecelii, Dominicani, impudentiſſimi ſycophantæ, qvi venales indulgentias in his regionibus circumferebat, editis propoſitionibus oppugnare forum & commenta Indulgentiarum cœpit. Affixit autem Theſes ad fores Templi, qvod Arci contiguum eſt, Anno Chriſti cIↃ IↃ XVII. Ibi cum Tecelius convocato ſatellitio Monachorum & Theologorum in Lutherum non ſcripta tantum ſophiſtica fucata ederet, ſed fulmina Anathematum excuteret, neceſſitatem attulit Luthero de rebus ijsdem copioſius diſſerendi, ac Veritatem tuendi. Ab his initijs itaq; Lutherus ulterius progreſſus, paulatim & doctrinam Eccleſiæ Romanæ revocatam ad fontes Propheticos & Apoſtolicos emendare ſuâ & Collegarum operâ, inter qvos fuerunt præcipui Philippus Melanchthon, Joannes Buggenhagius, Pomeranus, Caſpar Cruciger, & mutare ritus impios ac ſuperſtitioſos cœpit. Cum autem Monachi ex ſacra doctrina rectius edocti de vita Chriſtiana ſponte cœnobia deſererent, Lutherus hanc Domum ex donatione Inclyti Principis Joannis, Ducis Saxoniæ & Sacri Romani Imperii Septemviri &c. fratris Friderici, retinuit, ac poſſedit pro ſua qvoad vixit. Deceſſit autem Anno M. D. XLVI. die Concordiæ, qvæ eſt XVIII. Februarij, relicta Conjuge vidua Catharina ex Nobili familia Miſnica de Borr, tribus filiis, Joanne, Martino & Paulo, & unica filia, Margaretha. Conjunx vidua Maritum ſecuta eſt Anno M.D.LII. extincta Torgæ, qvo ſe cum Academia, fugiente graſſantem in hac Urbe peſ[illegible] contulerat. Liberi à morte Matris poſſeſſionem pater[illegible]mus tenuerunt ad annum usq; M. D. LXIV. qvo a[illegible] Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, Do[illegible]minum Au[illegible]ſtum, Ducem Saxoniæ, Sacri Romani Imperij

 Septem-

Septemvirum & ArchiMarſchallum, benefactorem & Patronum, immo Patrem hujus Academiæ æternâ memoriâ digniſſimum, impetratum eſt, ut ſumptibus ſuæ Celſitudinis compararetur Academiæ, & cum ruinoſa eſſet ac vaſta, ad uſum publicum inſtauraretur. Ad hunc modum empta ab hæredibus Domus florenis Ter Mille & Septingentis: refecta florenis pluribus Ter Mille ceſſit Academiæ. Præfuerunt ædificationi Caſpar Peucerus, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor. M. Matthæus Blochinger, M. Euſebius Menius, M. Henricus Moller, M. Johannes Knor, Præfectus Fiſci. Faſtigium hoc cochleatæ teſtudini impoſitum eſt Anno M. D. LXVI. Die viceſima octavâ Novembris.

DEus æternus Pater Domini noſtri JEſu CHriſti benefaciat viciſſim Illuſtriſſimo Principi Auguſto, Duci Saxoniæ ac Septemviro, totiq; ejus poſteritati, & univerſis ac ſingulis, qvorum interceſſione & operâ Emptio impetrata & confecta eſt, ac tueatur hanc Scholam, nec ſinat eam diſſipari peſte, fame, ſeditionibus, diſſidiis, bellis externis aut domeſticis, nec ſinat in ea extingvi lucem Doctrinæ ſuæ propter Unigenitum Filium ſuum JEſum Chriſtum, crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, qvi ſedens ad dextram Patris regnat cum eo pari potentiâ, & tuetur ac cuſtodit Eccleſiam ſuam, in qva nos ut maneamus & poſteritas noſtra, toto precamur pectore. Amen.

Seqvuntur Nomina Rectoris & Profeſſorum ejus temporis in Academiâ.

Anno CIↃ IↃ CXXIX. novum faſtigium huic turriculæ impoſitum, nec non Sphæræ ejus ſtanneæ & veterum monumentorum tabulæ & novæ item commendatæ incluſæq; ſunt: adſcriptis item nominibus Rectoris

Rectoris h. t. & Profeſſorum Academ. qvibus, brevitatis ſtudio, ſuperſedemus h. l. adſcribendis.

CAP. IV.

De

Inauguratione Academiæ, primis Rectore, Senatoribus, Profeſſoribus, nec non Inſcriptis qvibusdam: item formâ Regiminis, Senatu Academico, Lectionibus, diſputationibus, promotionibus, &c.

DE proceſſu Inaugurationis ſive inthroniſationis, ut loqvuntur etiam faſtorum Acad. libri, Academiæ hujus ſive Univerſitatis hæc habentur, licet pauca, in ijsdem fere: Anno cIↄ Iↄ II. d. feſto Lucæ, XVIII. Octobr. Imperante D. Maximiliano, ſub Pontificatu verò Alexandri VI. inthroniſata eſt Academia Albiorena, adhibitis ſolennitatibus & apparatu honeſtiori, modo qvo id fieri decuit. Recepta qvippe eſt ab hujus providis Oppidi Conſulibus cum ſolenni procesſione ex arce Jönia (verba textus ipſisſima ibid.) habitâ Oratione elegantisſimâ à Buſchio, Poëtâ, ad Conſules prædictos: hinc proceſſum eſt ad S. ædem parochialem, B. Virg. in qvâ decantata fuit ſolennis miſſa de Spiritu S. factusq; hinc ſermo ad vulgum per D. Licent. Nicolaum, Coburgenſem, Plebanum in Torgau. Finitâ miſsâ & officio toto præmisſâ invocatione Spiritus S. in armario dictæ Parochiæ electus eſt ſtatim Rector Academiæ Martinus Polichius, Mellerſtatenſis, artium & Medicinæ Doctor,

Lipcenſis. (de qvo, & hujus impr. perſonæ qvalitate ſuprà pluribus dictum, Cap. II.) Cancellarius deſignatus qvoqve primus eſt Acad. Dn. Goſvvinus de Orloy, Præceptor (domus ſcil. Antonij) in Lichtenburg & Ducalis Conſiliarius. Decani qvoq; conſtituti qvidam, Facultatis Theologicæ in ſpecie, Frater Joannes Staupitius, Ordinis fratrum eremitar. reformatæ congregationis D. Auguſtini, &c. Facultatis artium ſive philoſophiæ Frater, Sigiſmundus Epp, & ipſe dicti ordinis, S. Auguſtini. Hæc illa pauca de inauguratione hujus Studii ſive Univerſitatis.

Rector porrò jam Academiæ hujus primus (ut ex parte etiam modò, nec non ſuprà Cap. II. indicatum) fuit ergò anno cIↃ IↃ II. â feſto D. Lucæ, Evangeliſtæ, ad Cal. Maij cIↃ IↃ III. (per dimidium annum primum) Egregius Vir, (verba Matriculæ, ut vocant, primæ Univerſitatis) Martinus Polich de Mellerſtad, artium & Medicinæ Doctor Lipcenſis.

Idem etiam ergò primus inſcriptus eſt: additis deinceps his adhuc verbis: primus etiam Theologiæ Doctor hic promotus. Seqvuntur:

· Dominus Goſvvinus de Orloy, Præceptor (domus S. Antonij) in claro monte (item, hodieq; imprimis Lichtenburg/ propè Brettinam ad Albim) primus hujus ſtudij Cancellarius.

Frater Joannes de Staupitz, Ordinis fratrum eremitar. reformatæ congregationis D. Auguſtini, artium & S. Theologiæ Profeſſor, Theolog. facultatis Ordinarius & primus Decanus, Doctor Tuvvingenſis.

Wolffgangus Strehelin, Rotenburgenſis, artium & U. J. D. Tuvvingenſis, facultatis Juridicæ primus Decanus & in Jure Canonico Ordinarius. Am-

Ambroſius Volland de Grüningen, artium & J. U. D, Padavinus, in Jure civili primus Ordinarius.

Nicolaus Schreyter de Koburg, artium magiſter & S. Theolog. Licentiat. Stud. Lipſ.

Hermannus Keyſer de Stolberg, art. magiſt. & S. Theolog. Baccalaur. formatus, Eccleſiæ Collegiatæ hujus oppidi Præpoſitus.

Frater Sigismundus Epp, de Bunicken, Ordinis fratrum eremit. reformatæ congregationis S. Auguſtini, artium magiſter & S. Theolog. Baccalaur. Tuvvingenſis, artiſticæ facultatis hujus Studij primus Decanus.

Dionyſius Bickel de Wila, art. magiſt. & S. S. Theol. Baccalaur. Tuvving.

Frater Caſparus Jacoff, Ordinis Ciſtercienſis, art. Magiſt. & S. Theol. Baccal. Lipzenſis.

Nicolaus Marſcalcus, Thurius, art. Mag. & U. J. Baccal. Erphord.

Thomas Kollin de Gamundiâ, art. Mag. Moguntin.

Hieronymus Schurpff de S. Gallo, artium Magiſter Tubingenſis.

Bartholomæus Cranapoll, Witteberg. artium Magiſter Lipzenſis.

Joannes Cranapoll, Witteberg. artium Magiſt. Colonienſ.

Lampertus Schuman de bonna, art. Magiſt. Roſtochienſ.

Joannes Zerevveck ex Marbach, artium Magiſt. Tubing.

Sigis-

Sigismundus Geydiſter de Auguſta, artium Magiſt. Lipſ.

Ambroſius Lacher de Merſeburg, art. & Decretor. Baccalaur.

Hermannus Puſchius Paſyphilus Monaſter. artis oratoriæ atq; Poeticæ Lector conductus, &c.

Seqvitur porrò, ut formam regiminis ipſam ſive rationem Status, ut ſic loqvar, prout hodie imprimis obſervatur eadem in Academia, paullò explicatiùs nunc evolvamus. A primâ enim ejus fundatione aliter paullò ſe res habuit, in melius mutataq; ſucceſſu temporis, ut fieri contingit fere, pleraq;, niſi omnia, & heîc ſunt. Conſtat autem Univerſitas & hæc Ordinibus duobus: Docentium atq; diſcentium. Qvorum omnium Caput eſt Rector: qvi hodie eligitur ordinariè bis in anno, & die natali Acad. feſto ſcil. Lucæ, Evangeliſtæ, h. e. d. XVIII. Octobr. & die Philippi & Jacobi, h. e. Cal. Majis, ex Profeſſorum Ordinariorum numero: obſervato alternatim, per ſingulas ipſas qvatuor Facultates artium ſive ſtudiorum, ordine Inſcriptionis ſive receptionis eorundem in corpus Academicum; niſi fortè aliud qvid obſtet. Qvod ſi contingat, ut fit non rarò, ex Illuſtribus, qvi heic ſtudiorum gratiâ verſantur, perſonis, Principibus ſcil. Comitibus aut Baronibus, cuidam deferri hunc Magiſtratûs honorem, ejus tamen Pro-Rector, qvi negotia Academica tractat, conſtituitur ex Profeſſorum numero is, qvem Ordo aliàs tangebat. Electio Rectoris nihilominus fit per ſcrutinia: primùm in Conſilio pleno Academico, alterâ deinde vice in ſacrario templi Aca-

pli Academici ad arcem: qvo & in loco, ipſo templo, mox hinc ante altare ſolennis ejus renunciatio & proclamatio inſtituitur: oblatis eidem, prævià Oratione qvadam ſolemni ab Ex-Rectore habitâ publicè, concreditisq; ſolemnibus & inſignibus Academicis, Sceptris nimir. duobus, argenteis totis ipſis, Libro Statutorum, ſigillo, clavibus, deniq; epomide ſive purpurâ. Hujus, Rectoris, ſumma eſt in Univerſitate dignitas, & penes hunc poteſtas, cæteris tamen paribꝰ, ordinandi & diſponendi omnia. Rectorem qvondam ſeqvebantur Pro-Cancellarius Academiæ & qvatuor, ut vocabantur, Studij in ſingulis Facultatibus Reformatores generales, qvorum tamen hodie munia & dignitates exſpirarunt, indultu Sereniſſimi Nutritoris, delatis ijsdemq; in qvatuor Facultatum Decanos & ex parte Seniores: qvi ipſi ſunt qvaſi Conſiliarij ordinarij, in gravioribus negotiis, Rectoris: niſi qvùm totus eſt cogendus Senatus, in magis adhuc arduis ipſis & gravioribus: qvod & aliàs fieri conſvevit, aut debet certè, ad minimum ſingulis menſibus ſemel. Facultates ſic dictæ, ceu modò, ſive Ordines Studiorum Qvatuor ſunt: Theologica, Juridica, Medica & Philoſophica: qvarum ſingularum viciſſim caput eſt Decanus: qvi toties novus item conſtituitur, qvoties Rector: idemq; director eſt Studiorum ſuæ facultatis vel Collegij, & Pro-Cancellari item, qvotiescunq; hoc opus, officio fungitur. Hunc Senior in qvalibet facultate (apud JCtos idem ſimul etiam Ordinarius, ſic dictus) ſeqvitur, hinc reliqvi Profeſſores, (olim & Lectores dicti) & Senatores: obſervato maximè præſertim apud Philoſophos, ordine receptionis

ſive inſcriptionis: qvi tamen in ſuperioribus facultatibus ex diſpoſitione Patroni Academiæ & Nutritii Sereniſſimi nonnunqvam variare poteſt. Profeſsiones omnium IV. facultatum in univerſum, adeoq; etiam Profeſſores Ordinarii & publici (rarò honorarij aut extraordinarij ſuperadduntur unus vel alter ſaltim, qvibus tamen cum Corpore Academico negotii nihil eſt, ſic dicendo) XXII. ſunt: nimir. IV. in Theologiâ: V. in Jurisprudentia: III. Medicina: X. in Philoſophicâ facultate. In Theologia primi duo ordinariè (& ut fere hodie in praxi hæc obſervantur, aliàs V. Churfl. S. Kirchen-Ordnung/ Cap. ult. von beyden Univerſiteten/ Leipzig und Wittenberg.) Biblia ſive Scripturam S. interpretantur, alteri bini ipſi Locos Theologicos & Controverſias tractant; ſed & qvartus idemqve poſtremus Catecheta in veteribus ſtatutis audit, ſingulisq; Sabbathi diebus Evangelia vel Epiſtolas dominicales exponit. In Juridica facultate Ordinarius, ſic dictus, vel primas Jus Canonicum ſive Decretalia legit: alter Codicem nec non Criminalia: tertius Pandectas ſive Digeſtum V. nec non Feudalia: qvartus Digeſtum infortiatum & novum: qvintus Inſtitutionum libros. In Medicâ facultate Senior vel primus Practicam döcet medicinam, alter Pathologica, tertius Anatomen & Botanica exercet legitq;. In Philoſophiâ, ſive artium & linguarum facultate, decem hæ ſunt ipſæ Profesſiones & totidem Profeſſores (rarisſimè una & altera conjunguntur) ordine aliàs receptionis, ut ſuprà dictum, inter hos obſervato: 1. Oratoriæ ſive eloqventiæ 2. Poëſeos. 3. Lingvæ Græcæ. 4. Ebrææ & Orientalium reliqq. lingg. 5. Logices & Metaphyſicæ.

taphyſicæ. 6. Phyſicæ. 7. Mathematum inferiorum. 8. Mathematum ſuperiorum. 9. Philoſophiæ practicæ, & 10. Hiſtoriarum. Legitur ſingulis ſeptimanis ordinariè diebus Lunæ, Martis, Jovis & Veneris, qvos vocant; à VII. matutinâ ad X. & I. pomeridianâ ad V. reliqvæ horæ cedunt Collegiis & exercitiis privatis. Lectionum Ordinariarum Catalogus publici item juris fit bis in anno, ſub initium nempe ſingulorum Rectoratuum. Dies Mercurij & Saturni v. propriè vel ordinariè Diſputationibus deſtinati ſunt publicis; nec non conventibus Academicis: qvæ (Diſputationes) adeò, extra privatas ipſas privato-publicasq; ſanè hodie ſunt freqventes, Dei benedictione, cui ſit Laus, ut in una hebdomadâ non rarò ſex, octo, decem, immò plures in ſingulis & omnibus facultatibus ſimul ſumptis habeantur. Atq; hic primus eſt Ordo, atqve idem Ordinarius Docentium in Academia hac, Senatus & is ipſe Academicus: cujus, qvoties decedit hinc aliàs vel morte naturali membrum unum, factâ, (ſpatio ſex hebdomadarũ præterlapſarum ordinariè) denominatione priùs & à Collegio ſpeciatim illo, cujus membrum deficit, & hinc totâ Academiâ, â Sereniſſimo Patrono & Nutritio Electore aliud ex denominatis eligitur, conſtituitur, cõfirmatur & Academiæ ut vocetur idem aut incorporetur mox, ſi præſens ſit, jubetur: uno atq; altero excepto ſaltimcaſu ſpeciali reſervatoq;: qvando omnia nempe hæc in plenariâ diſpoſitione Sereniſſimi ſunt. Ad Corpus deniq; Academicum ipſum, ſuo modo, ſed & pertinent annumeranturq; adhuc Protonotarius, ut vocatur, Academiæ, Cu-

rator Fiſci, Oeconomus (communis menſæ) & Pidelli duo: adde, Famulum communem.

Cæterùm (alter Ordo qvi qvaſi eſt Docentium in Academ.) habet & præſertim Facultas Jureconſultorum & Philoſophica Aſſeſſores vel Adjunctos ſuos: qvi ad Corpus ipſum Academicum propriè non pertinent qvidem, membra interim ipſi Collegiorum ſunt ſuorum ſaltim; Doctores nimir. Licentiati vel Magiſtri: JCti communiter tres, Philoſophorum Ordo ſex, aut plures paucioresve, ex arbitrio nimir. Collegij: â qvibus hi utpote unicè & vocantur, dependent qvaſi, & confirmantur. Horum eſt Collegij negotia & ſtudia privatim publicèq; juvare; privatim legendo, & privatim publiceq; diſputando, examina item Candidatorum ſubeundo, &c. hæc omnia tamen juxta ſtatuta Collegij, cæterisq; qvod dicitur, paribus: non rarò fiunt & ipſi qvidem Decani ſive capita Collegiorum ſuorum: de cætero verò ad negotia Academica non adhibentur illi Decani.

Tertius & poſtremus Ordo Docentium, & praxin item exercentium, heic eſt reliqvorum Doctorum, Licentiatorum & Magiſtrorum, qvi neq; Profesſores Ordinarij aut Aſſeſſores vel Adjuncti facultatum ſunt: qvibus & ipſis licitum fasq; eſt privatim legere vel docere, & privatim publicèq; diſputare, ſimiliaq; his ſubire exercitia; verùm ita viciſſim ut Legibus operæ eorundem reſpondeant, impetrataq; prius præterea â Collegij ſui capite, nec non eo Profeſſore, cujus intereſt, licentiâ. Ordo Docentium hic univerſus.

Diſcen-

Diſcentium tantus heic, per Dei benedictionem, cui Laus, tamq; freqvens eſt numerus (loqvatur experientia) ut millenarium plerumq; ſuperet, rarò inferior ſit hoc: idemq; ex plerisq; Germaniæ totius confiniumq; regnorum & regionum Daniæ, Norvvegiæ, Sveciæ, Prusſiæ, Poloniæ, Hungariæ, Tranſylvaniæ, Belgii &c. nationibus: omniq; præterea earundem nobilium & ignobilium, ſic dicendo, genere; immò non rarò Illuſtrium Illuſtriſſimorumq; ordine.

Promotiones deniq; hic habentur atq; inſtituuntur Doctorales qvidem, in tribus ſingulis Facult. ſuperioribus, pro re natâ: Magiſtrorum verò bis ordinariè in anno, ſub finem ſingulorum Decanatuum: neq; ob defectum Candidatorum unqvam hæ intermiſſæ ſunt. Examina Candidatorum ſubeunt in ſuperioribus facultatibus tribus membra ſingula & omnia Collegij: in Philoſophicâ v. Decanus ipſe & tres Profeſſores, qvos qvidem ordo tangit, nec non unus ex Adjunctis ipſius Facultatis: nonnunqvam & heic exigentibus circumſtantiis totum Collegium Profesſorum, unâ cum Adjuncto uno, qvem tangit ordo: privato tandem ſic peracto examine ſingulorum philoſoph. candidatorum & ſeparatim apud Decanum, Candidati omnes ſimul atqve ſiemel adhuc ſubjiciuntur publico omnium triduano Doctorum omnium facultatum & Magiſtrorum, qvibus intereſſe fas animusq; eſt: tertij diei examen qvanqvam hodie, intercedente qvippe ejus gratiâ Oratione ſolemni qvadam ipſo Rectore Academ. ſtipato plerisq; ex Profeſſorum Collegarumq; Ordine, pro more ſemper remittatur Candidatis. Actus deniq; renunciationis Do-

ctorum qvidem inſtituuntur in templo ad arcem Academico, Magiſtrorum in Collegii Friderici Auditorio majori: feſtivitates demum ſingulorum ſive convivia celebrantur in Collegio Auguſti, loco non ſemel nominato ſuprà Cap. I.

CAP. V.

De

Legibus & Statutis Academ: nec non Jurejurando Studioſorum, &c.

VEtera Statuta, prima illa, Univerſitatis à Friderico ſapiente, Fundatore Septemviro lata fruſtra fuerit fortaſſe, nec id opus valde, heìc attexere integra: eorundem initialia tamen qvædam verba, notatu non minus digna, heìc ſaltim apponam, unà cum titulis Capitum.

DEI Gratiâ, FRIDERICUS, Dux Saxoniæ, S. Imperii præfectus prætorio, Elector: nec non Cæſareæ Majeſtatis Locum tenens generalis: Landgravius Thüringiæ, Marchio Miſniæ, &c.

Gymnaſium noſtrum ita inſtituimus, ut cupiamus & optemus fore perpetuum, celebre, famigeratum, &c. Ut & nos deniqve cum fidelibus noſtris & circumjacentibus populis ad id, tanqvam Oraculum qvoddam, in rebus arduis tutò confugere, & ſicuti dubij & incerti accedere, ita firmisſimi, certisſimiq; accepto reſponſo redire valeamus. Ordinat porrò Leges & Statuta ordine. Sub dato Wittebergæ Cal. Octobr. cIↃ IↃ VIII.

Capita

Capita porrò hæc continent Statuta laudata:

Cap. I. De Dijs tutelaribus & Unione Gymnaſij VVittebergenſis.

[Fuerunt hi qvondam, ah! pro more illorum temporum, poſt Deum & B. Virginem Mariam, univerſæ Academiæ qvidem Aurel. Auguſtinus: in ſpecie verò Facultatis Theologicæ D. Paulus, Juridicæ Ivo, Medicæ Coſmas & Damianus, Artiſticæ deniqve ſive philoſophicæ S. Catharina: qvorum & feſtivitates ſingulas qvondam ſolemniter Univerſitas & ſingula Collegia coluerunt; unde & hodie nunc à Philoſophorum ordine, per Decanum ejusd. die Catharinæ Oratio ſolemnis conſtanter adhuc habetur.]

Cap. II. De Studij Reformatoribus qvatuor generalibus & ſalario eorundem.

Cap. III. De Senatoribus Gymnaſij & eorum jurejurando.

Cap. IV. De Senatu cogendo & forma ſuffragandi.

Cap. V. De Electione Rectoris, ejus qvalitate & jurejurando.

Cap. VI. De officio Rectoris & ejus ſalario.

Cap. VII. De ærario Univerſitatis.

Cap. IIX. De nominatione ad dignitates aliaq; beneficia.

Cap. IX. De locatione, ſeſſione & promotionibus.

Cap. X. De gratiarum actione, in promotionib.

Cap. XI. De invitatione ad actus publicos.

Cap. XII. De expenſis & prandijs promovendorum & exeqviis defunctorum.

Cap.

Cap. XIII. De miſſis & ſermonibus habendis ad clerum.
Cap. XIV. De Sepultura ſcholaſtica.
Cap. XV. De Statutis prælegendis.
Cap. XVI. De Intitulatura & ejus ſalario.
Cap. XVII. De viſitatione Collegiorum.
Cap. XVIII. De animadverſione & pœnis negligentiarum.
Cap. XIX. De Pace ſervandâ & ejus violatoribus.
Cap. XX. De vitâ & honeſtate Scholaſticorum.
Cap. XXI. De non ingrediendo tabernas vel hortos.
Cap. XXII. De famoſis libellis.
Cap. XXIII. De perjurio vitando.
Cap. XXIV. De Carcere & inobedientibus.
Cap. XXV. De foro competente.
Cap. XXVI. De officio & ſalario Bidellorum.
Cap. XXVII. De teſtimonio Promovendorum.
Cap. XXVIII. De vacantiis ſive ferijs.
Cap. XXIX. De non abutendo privilegio Conſervatorij. Finis.

Habentur ſed & porrò Statuta alia nec non peculiaria cuiqve Collegio: Theologici qvippe, JCtorum, Medici, Philoſophici; qvæ prolixum nimis eſſet heic adſcribere, nec id qvidem & valde opus. Seqvuntur.

LEGES

LEGES ACADEM. VVITTEBERGENS.

De Studijs & moribus Studioſorum, prout hodie obſervantur.

I.

ΑΡχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει θεόν inqvit Græcus Pater. Hoc ſubindè cogitent Scholaſtici noſtri, & rerum agendarum principium ac finem Deum faciant. Nec modo ſacra publica aſſiduè ac devotè obtineant, ſed & ubiq; Deum purâ ac religioſâ mente colant, vereantur, & innocentes ipſi allegent preces, ut adeſſe probis conatibus, & ſtudia eorum feliciter velit proſperare. Qvumq; ſobrietas reverà cuſtos pietatis ſit, antiſtia ſapientiæ, alumna doctrinæ; idcircò ſobriè caſteq; ſe gerant, atq; in omni vita innocentiam & ſanctitatem profiteantur.

II. Magiſtratus ac Præceptores ſuos eâ, qvâ par eſt, obſervantiâ, honoreqve proſeqvantur, iisq; ſine murmure, ſine contumaciâ morem gerant: memores, eos parentum haberi inſtar: immò ſupra ipſos parentes ferè eſſe, ut Alexander exiſtimabat.

III. Cum civibus placidè & tranqvillè vitam agitent, ab omnibus rixis, injuriis, convitiis abſtinentes. Ut enim ordine inferiores ſint, tamen Reſp. iis carere non poteſt. Qvid, qvòd nihil durius ſit, qvàm hoſpiti ſuo malam gratiam referre.

IV. Ipſi qvoq; amicè placideq; vivant, & velut concinant inter ſe, tanqvam unius corporis membra. Neq;e enim bruta animalia in ſui generis beſtias ferocire videmus.

V. Simul atq; qvis venerit in Academiam, nomen ſuum apud Rectorem in Album Studioſorum inſcribendum profiteatur, inq; Leges Academicas, niſi minor XVIII. annis fuerit, juret. Qvi non fecerit, ei convictus denegabitur & habitatio (neqve enim cuiqvam eorum fiet copia, niſi de juſto documento probaverit ſe in Studioſorum numerum ritè cooptatum eſſe) qvin, ſi de eo conſtiterit, Magiſtratui oppidano, tanqvam illegitimus Civis, addicetur.

VI. Vocatus ad Magiſtratum, qvi comparere noluerit, vel alligatus arreſto injuſſu Rectoris diſceſſerit, aut alio qvovis modo ipſi reſtiterit, ejusvè autoritatem detrectarit, ſive etiam perjurium fecerit, infamis eſto.

VII. Si qvid agendum apud Magiſtratum, vel totius corporis Scholaſtici, vel nationis cujusdam, vel certè plurium nomine, id paucis delegetur; nam facto agmine ad Rectorem accedere, vetitum eſto.

IIX. Boatus illi, clamoresq; Stentorei, atq; nocturnæ graſſationes, prorſus interdictæ ſunto. In eo crimine qvi deprehenſus fuerit, carcere pœnam luat.

IX. Geſtare gladios, qvocunq; tempore aut colore id fiat, nefas eſto: qvi geſtaverit armis excidet, & mulctâ pecuniariâ, aut carcere punietur. Præfractè reſiſtens, relegabitur.

Ignitos

X. Ignitos globos, qvos raqvetas vocant, intra aut propè urbem jaculans, Relegatione feriatur.

XI. Qvi factiones moliri præſumſerit atq; tumultus concitare, qvibus pax & ſecuritas turbetur publica, cum nominis infamiâ excludatur; vel etiam pro delicti modo, capitali plectatur pœnâ.

XII. Ædificiis publicis, ut Arci, Collegiis, Curiæ &c. vim inferre, capitale eſto. Privatorum verò qvi ædes violat, ſive lapidatione feneſtrarum, ſive forium effractione, relegetur vel excludatur.

XIII. Qvi feras perſeqvi inſtituerit, dejicereq; aut capere, ſupremi magiſtratus animadverſionem incurret.

XIV. Famoſos libellos, & mala carmina ſpargere, vel dictis petulantibus amarisqve convicijs ſauciare aliorum famam, vetitum eſto. Qvi fecerit, relegetur.

XV. Exagitare novitios, compotationes expoſcere, aut alias qvasvis exactiones illicitas in illos uſurpare qvi auſus fuerit, vel relegetur, vel excludatur.

XVI. Dimicationes omnes atq; duella vetita ſunto. Qvi provocaverit alterum, is altero tantò majore pœnâ puniatur. Utriq; autem, & qvi provocaverit, & qvi ſteterit, Relegationis pœna irrogetur.

XVII. Bacchanalia & perſonatas pompas, in paganorum morem celebrare, ſub Relegationis, imò & Excluſionis pœna vetitum eſto.

XIIX. Nemo in Albi lavet, aut natationes inſtituat: qvi fecerit pœna arbitrariâ punietur.

XIX. Nemo depopuletur hortos agrosq;, olera, poma aut alios fructus amovens: qvi fecerit, ſatis gravi pœnæ ſubjicietur.

 XX. Nu-

XX. Nuptiarum ſolennibus ſi qvis interſit, verecundè, honeſtè, & graviter ſe gerat, procul omni laſciviâ & petulantiâ: cui tùm alibi, tùm in choreis præcipuè eſſe locus poteſt.

XXI. Veſtis & cultus honeſtus ſit & decens, citraq; luxuriam, & levitatem.

XXII. A faciendis temerè nominibus, qvantùm poteſt fieri, ſibi ſedulò caveant Scholaſtici; ea verò qvæ honeſtè contraxerint debita, bona fide ſolvant.

XXIII. In ſolvendis debitis eorum cumprimis rationem habeant, qvæ pro victu debentur. Si illa ſcilicet necesſitate aliqvâ contracta fuerint. Aliàs enim ſingulis ſeptimanis teneantur ſolvere, qvod pro victu debuerint.

XXIV. Si ſuppellectilem cujuſpiam Creditor arreſto detineat, nec debitor intra anni ſpatium ſatisfaciat, diſtrahere eam & vendere creditori licitum eſto.

XXV. Compotationes ultra nonam hyberno anni tempore, æſtivo ultra decimam ne producantur. Poſt illud tempus nemini aut præbeantur pocula, aut ædes, qvas habitat, pateant.

XXVI. Si qvi huc veniunt, qvi per ætatis rationem nec ſtudiorum ordinem intelligunt, nec ſeſe potes ſunt regere; illi de Magiſtro aut Inſpectore ſibi proſpiciant. Nimis enim flexilis illa ætas eſt, & naturæ communi vitio ſemper proclivior in pejora.

XXVII. Cæterùm ſubinde recordetur qvisque, cur huc miſſus ſit: videlicet ne tempus inertiâ tranſigat, ſed ut bonarum literarum doctrinæq; utilis inſtrumentum ſibi comparet. Idcircò in eam rem omnes ingenij

ingenij atqve induſtriæ nervos ſeriò ac ſemper intendat.

XXIIX. Declamationes & Diſputationes (qvarum Exercitia omnibus ſeriò commendata volumus) ſine conſenſu cùm Rectoris atq; Decani (ejus qvidem Facultatis, ad qvam ſcriptum illud pertinet) tùm Profeſſoris, ad qvem argumentum ſpectat, publicè nunqvam inſtituantur.

XXIX. Sed nec typis publicis committetur qvicqvam, ſive id proſâ, ſive verſâ oratione conditum ſit, niſi id ante Profeſſor ordinarius, cui propriè competit cenſuram ferre de illo ſcripto, probaverit permiſeritqve.

XXX. Corporis exercitia deniq; qvod attinet, ea honeſta ſint, & ita comparata, ut nullum inde ſanitati detrimentum accedat. Præcipuè verò modus in illis adhibendus eſt, ne ἔϱγα fiant, πάϱεϱγα debebant eſſe qvæ. Qvocirca nullæ unqvam paleſtræ aut aperiantur, aut freqventententur, niſi magiſtratus Academicus conſenſerit, & qvendam veluti ordinem iis præſcripſerit ac modum. Finis.

Speculator adſtat deſuper,
Qvi nos diebus omnibus
Actusq; noſtros proſpicit,
A luce primâ in veſperam.
Hic teſtis, hic eſt arbiter:
Hic intuetur qvicqvid eſt,
Humana qvod mens concipit:
Hunc nemo fallit Judicem.

JURAMENTUM,

Præſtandum ijs, qvi matriculæ Academiæ VVittebergenſis ſua dant nomina: inq; numerum Studioſorum recipiuntur.

Ego N. N. juro:

QVòd Tibi hujus ſemeſtris Rectori, & omnibus, qvi ſucceſſuri ſunt Rectoribus, in omnibus rebus, qvibus poſſum ac debeo, qvam diu diſcendi causâ in hac Academia verſaturus ſum, obedientiam præſtare velim.

Secundò: toto illo tempore, leges & ſtatuta Academiæ, tàm ea, qvæ jam ſancita ſunt, qvàm qvæ deinceps legitimè promulgabuntur, ſtudiosè ſervabo.

Tertiò: ſi qvâ injuriâ affectus fuero, neqve ipſe, neqve per alium qvemcunqve ulciſcar me ipſum, ſed Rectoris auxilium implorabo, & juſtè perſeqvar jus meum.

Qvartò: ex Arreſto, ſi qvod Rector mihi denunciaverit, neq; ipſe diſcedam, neq; res meas amavebo.

Qvintò: ſi contingat, ut propter aliqvod delictum meum (qvod avertat DEUS) vel relegationis, vel excluſionis pœna afficiar, conſtituto die ex urbe diſcedam; *ITA ME DEUS ADJUVET.*

Juramento ſed & obſtringuntur non minùs certo Senatores & Profeſſores Academ. Ordinarij: qvod ſuperfluum fuerit item heic apposuiſſe. Idem eſto Judicium de Promiſſione ſive Commonefactione recens electi Rectoris Academiæ: aliis.

Poſtre-

Poſtremùm de Fiſco Academiæ fortaſſe qvædam adhuc hoc loco etiam dicenda eſſent: ſed conſultò hunc reſeratum minus intactumq; hac vice item relinqvimus. Pagi ipſi Academici verò, qvos & Sereniſs. Princeps-Elector Johannes Fridericus qvondam Academiæ anno cIↄ Iↄ XXXVII. ſub dato Torgau &c. in uſum Academ. adjudicavit & incorporavit, hi ſunt ſeqq: Pollensdorff / Piſtritz/Teuchel/ Dietrichsdorff/Meltzwig/Reuden/ Eutſch/ Köppenick & Absdorff.

CAP. VI.

Rectorum Academ. nomina, ordo & numerus, inde à fundatione Academ: item Inſcriptorum numerus: additis qvibusdam paucis notatu dignis.

Conſeqvens nunc fuerit fortè Rectorum, Decanorũ nec non Profeſſorum ſingulorum Academicorum in ſingulis facultatibus, qvas vocant, inde à fundatione primâ Univerſitatis Catalogum dare, h. e. nomina, ordinem & numerum eorundem: item Inſcriptorum heîc, nec non Promotorum à ſingulis Collegiis ſeu catalogum ſeu numerum. Enimverò operoſum, difficile, qvid? immò planè impoſſibile id fuerit fere, vel ideoq; maximè, ut verum fateamur, qvod æqvè diligenter minus, ut fit non rarò, (vel certè intricata tamen illa nimis) à primâ fundatione Academiæ omnia hæc ſunt annorata à majoribus & anteceſſoribus noſtris. Alii itaqve, ut qvod agant habeant, ſi velint, hiſce relinqvam (vel certè & ego alij hæc reſervabo tempori) omnium dictorum texendos catalogos,

logos, præſertim v. ſuperiorum, qvas vocant, facultatum Anteceſſorum, &c. Ego hac vice & in ſeqq. Capitibus primò Rectorum ſingulorum & omnium inde à fundatione Academ. catalogum dabo, h. e. nomina, ordinem & numerum; & inter hoſce etiam Illuſtriſſimorum & Illuſtrium Perſonarum, qvi hunc Magiſtratum geſſere: item Inſcriptorum nudè ſub ſingulis Rectoribus numerum, nec non pauca qvædam notatu ſub his digna: dein Decanorum Collegii Facultatis Philoſophicæ in ſpecie (eodem modo) Promotorumq; ab ijsdem ſingulis item numerum nudè: deniqve Profeſſorum Ordinariorum (eodem modo) dictæ Facultatis Philoſophorum, à Philippo incipiendo (ante eundem nimir. cum & heic difficultas ſe qvædam offerat) Melanchtone illo, Communi Præceptore Germaniæ totius; annotatis, ſicubi id opus fuerit, ſemper qvibusdam annotandis. Sit Ergò:

RECTORUM ACAD. WITTEBERG.
Catalogus: itemq; Inſcriptorum numerus, &c.

Anno:		*Inſcripti:*
1502. *f. Lucæ:*	Martinus Polich de Mellerſtadt, artium & Med. Doct. Lipſ.	416.
1503. *1. Maij:*	Bartholomæus Cranapoll, Canonicus Eccleſ. omn. S.S. in Wittenberg, magiſt. Lipſ.	258.
f. Lucæ:	Joannes Cranapoll de Wittenberg, Commiſſarius Epiſcopi Brandenburg. Magiſt. Colonienſ.	130.

Anno

Anno: *Inſcripti:*

1504. *1. Maij.* Thomas Köllin, de Gamundiâ Moguntinenſ. art. Magiſter & S. Theol. Baccalaur. 40.

23. Ejusd. Vincentius Ravennas, Italus, J. U. D. 180.

f. Lucæ: Hieronymus Schurff, art. & J. U. D. 111.

1505. *3. Maij.* Laurentius Slamavv, S. Canonum Doctor, hujus oppidi Paſtor. 55.

f. Lucæ: Simon Duchkon, Bohemus de Auſigk, art. mag. & Theol. Baccalaur. 72.

1506. *1. Maij:* Petrus Lupinus de Radehem, Moguntinens. art. magiſt. Theol. baccal. & Ecclesſ. omn. S. S. Canonicus. *Per totum ipſe annum. Hoc Rectore Academia translata eſt propter peſtem Hertzbergam, die S. Udalrici, reverſa alterâ die conceptionis Mariæ.* 111.

1507. *1. Maij.* Chriſtophorus Scheurlius, Nürembergenſis, J. U. D. Novorum Jurium Ordinar. 112.

f. Lucæ: Jodocus Trutfetter, Iſnacenſ. art. mag. & S. Theol. Profeſſor, &c. 57.

1508. *1. Maij.* Theodoricus Blochius, de Hildeſem, art. & med. D. & Profeſs. 110.

f. Lucæ: Nicolaus Viridimontanus, art. & philoſoph. Magiſter, S. Th. Profeſſor, &c. *Sub qvo huc venit, bono omi-*

H *ne,*

Anno:			*Inſcripti:*
		ne, vocatꝰ inſcriptusq́; eſt Fr. Martinus Luder, de Mansfeld.	69.
1509.	*1. Maij.*	Caſpar Schicker, Decretor. Doctor, Canonicus, &c.	86.
	f. Lucæ:	Simon Stein, art. & med. D.	107.
1510.	*1. Maij:*	Conradus Kuning, de Stuckgardiâ, art. & U. J. D.	115.
	f. Lucæ:	Dn: Melchior, Comes de Barbij & Mulingen, &c.	115.
1511.	*1. Maij.*	Andreas Bodenſtein, Carolſtatenſis, art. & S. Theol. Profeſſor, Eccleſ. omn. S. S. Archidiaconus.	127.
	f. Lucæ:	Wolfgang. Reiſenpuſch, J. U. D.	120.
1512.	*1. Maij.*	Udalricus Erbar / art. & Med. D. & Profeſs. Ord. *Occiſus eſt ineunte m. Octobr. cruce ferreâ, ſub noctem, à quodam hinc relegato, clam reverſoq́; nobili, Balthaſare Fabri de Gleichender, Herbipolenſi. Homicida deprehenſus capite plectitur publicè in foro.*	101.
	f. Lucæ:	Sebaſtianus Archimagirus, art. & philoſ. magiſt. &c.	107.
1513.	*1. Maij:*	Nicol. de Amsdorff / S. Theol. Licent.	73.
	f. Lucæ:	Matthæus Beskau, Torg. art. & J. U. D. &c.	78.
1514.	*1. Maij:*	Johannes Svvabe, art. & Med. Doct.	116.
	f. Lucæ:	Georg. Ebner, Staffelſtein.	97.

Anno:		*Inſcripti:*
1515. *1. Maij.*	Dn. Wolffgangus, Comes Palatinus Rheni, utriusqve Bavariæ Dux, &c.	123.
f. Lucæ.	Dn. Bernhardus, Comes de Eberſtein &c.	95.
1516. *1. Maij.*	Dn. Udalricus, Comes de Reinſtein, Dominus in Blanckenburg.	90.
f. Lucæ:	Joannes Deltzſch/Feldkirch. mag. & S. Theol. baccal. &c.	72.
1517. *1. Maij.*	Andreas Zülsdorf, Jur. Lic.	118.
1. Octobr.	Balthaſar Fabritius Phacehius, art. mag. humanit. Profeſs.	124.
1518. *1. Maij.*	Johannes Stöb, aliàs Gingelin, de Wangen, Conſtantienſ. art. Mag. *Sub qvo huc venit inſcriptusq́; eſt Philippus Melancton, Græc. literar. Lector primus.*	153.
f. Lucæ:	Barthol. Bernhard, de Veldkirchen, S: Th. Baccal.	120.
1519. *1. Maij.*	Dn. Barnimus, Stetin. Pomeran. Caſſubiæ Sclavorumq; Dux, Princeps Rugiæ, &c.	238.
f. Lucæ:	Wolffgangus Stehelin, art. & U. J. D. & Prof. Ord. &c.	220.
1520. *1. Maij.*	Petrus de Borchardis, art. & Med. D. & Prof. P.	332.
f. Lucæ:	Dn. Chriſtoph. Schlick, Comes in Baſſau, Dnus in Weiskirchen/ Elbogen & Falckenau.	246.

Anno:		*Inſcripti:*
1521. *1. Maij:*	Dn. Wolffgangus, Comes & Dominus in Stolbergk & Wernigeroda/ &c.	160.
f. Lucæ:	Johannes Ferreus, Heſſus.	85.
1522. *1. Maij:*	Nicol. Amsdorf. S. Theol. Licent.	159.
f. Lucæ:	Johannes Schwerdfeger/ J.U.D.	135.
1523. *1. Maij:*	Thomas Eſthimius, Med. D.	122.
f. Lucæ:	Philippus Melancton.	76.
1524. *1. Maij:*	Caſpar Glatius, Th. Doct.	130.
f. Lucæ:	Johannes Apel, U.J.D.	40.
1525. *1. Maii.*	Auguſtin Schurff, art. & Med. D. *Hoc Rectore mortuus eſt Fridericus, Sapiens, Elector & Fundator fel. m. hujus Academiæ, d. 5. Maij.*	144.
f. Lucæ:	Hermannus Tulichius, art. Mag.	57.
1526. *1. Maii:*	Juſtus Jonas, art. & S. Theol. Doct. Eccleſ. omn. S. S. Præpoſitus.	64.
f. Lucæ:	Benedictus Pauli, Jur. Lic.	12.
1527. *1. Maii:*	Henricus Stagkmann, art. & Med. Doct. *Per totum ipſe annum. Hoc Rectore Univerſitas translata eſt propter peſtem Jenam, d. aſſumpt. B. Virg. 15. Aug. Rediit Wittebergam 1528. d. 13. April.*	73.
1528. *1. Maii:*	Johannes Volmar, ex Villingen. philoſoph. Mag.	50.
f. Lucæ:	Johannes Stöb, aliàs Ginckelin, art. mag.	140.

Anno

Anno:		*Inſcripti:*
1529. *1. Maii:*	Caſpar de Teitleben, U.J.D.	96.
f. Lucæ:	Jacobus Poſtomius, Torg. art. mag. & Med. Lic.	77.
1530. *1. Maij:*	Johann. Bernhard Velcurio, de Veltkirchen, phil. Mag.	128.
f. Lucæ:	Juſtus Jonas, D.	46.
1531. *1. Maii:*	Chriſtoph. Blancus, Jur. Lic.	109.
f. Lucæ:	Dn. Ulricus Schilling, à Canſtad, Pincerna Ducatus Sueviæ.	116.
1532. *1. Maij:*	Melchior Fendius, art. mag. & Med. Licent. *Hoc Rectore mortuus eſt Johannes, animoſus, Elector Sax. fel. mem. d. 16. Aug.*	134.
f. Lucæ:	Franciſcus Vinarienſis, phil. mag.	90.
1533. *1. Maij:*	Caſpar Cruciger, art. & Theol. Doctor.	122.
f. Lucæ:	Sebaldus Münſterer, L. L. Doct.	85.
1534. *1. Maij:*	Caſparus Lindeman, art. & Med. D.	108.
f. Lucæ:	Dn. Erneſtus, Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, &c. Johannis, Electoris, filius. Vice-Rector fuit Caſpar à Teitlebẽ.	186.
1535. *1. Maij:*	Dn. Albertus, Dux Brunſvvicenſis & Lunæburgenſis &c. Vice-Rector Sebaldus Münſterer, D. *Per totum annum. Iterùm Academia propter peſtem Jenam translata eſt.*	111.
1536. *1. Maii:*	Jacobus Milichius, Friburg. Phil. Magiſt.	158.
f. Lucæ:	Juſtus Jonas, D.	217.

Anno:			*Inſcripti:*
1537.	*1. Maij:*	Blighardus Sindringerus, Heidelbergenſis, D.	120.
	f. Lucæ:	Auguſtinus Schurff, Med. D.	122.
1538.	*1. Maij:*	Philippus Melanchthon.	251.
	f. Lucæ.	Caſpar Cruciger, art. & Theol. Doct.	111.
1539.	*1. Maij:*	Melchior Kling, J. U. D.	116.
	f. Lucæ:	Georgius Curio, art. & Med. D.	131.
1540.	*1. Maij:*	Vitus Ortel à Winsheim, philoſ. magiſter.	243.
	f. Lucæ:	Georgius Major.	265.
1541.	*1. Maij:*	Chilianus Goldſtein J. U. D.	248.
	f. Lucæ:	Jacobus Milichius, Med. D.	213.
1542.	*1. Maij:*	Matthæus Aurogallus.	317.
	f. Lucæ:	Caſpar Cruciger, Th. D.	277.
1543.	*1. Maij:*	Laurentius Zoch, J. U. D.	240.
	f. Lucæ:	Melchior Fendius, Med. D.	263.
1544.	*1. Maij:*	Johannes Saxo, Hatſtedius.	423.
	f. Lucæ:	Georg Major, Th. D.	388.
1545.	*1. Maij:*	Udalricus Mordeiſen, J. U. D.	339.
	f. Lucæ:	Auguſtinus Schurff. Med. D. *Hoc Rectore mortuus eſt D. Martinus Lutherus, die Concordiæ, 18. Februar. 1546.*	217.
1546.	*1. Maij:*	Johannes Marcellus, Regiomont.	329.
	f. Lucæ:	Caſpar Cruciger, Th. D. *Per totum hic biennium, propter motus bellicos. Hoc Rectore captus eſt à Carolo V. Imp. Johannes Fridericus, Conſtans,*	

Elector,

Anno: *Inſcripti:*

Elector, d. 24. April. 1547. Witteberga obſidetur m. Majo. Fit Elector Sax. Mauritius, Sax. Dux, &c. Joh. Frider. agnatus. 399.

1548. *f. Lucæ:* Benedictus Pauli, J. U. D. 176.

1549. *1. Maij:* Jacobus Milichius, Med. D. 312.

f. Lucæ: Eraſmus Reinholdus, Salveldenſ. Mathem. Profeſſor. 341.

1550. *1. Maij:* Johannes Förſterus, Auguſtanus, S. Th. Doct. 358.

f. Lucæ: Johannes Trauttenbull, J.U.D. 220.

1551. *1. Maij:* Vitus Ortel Winshemius, Med. D. 380.

f. Lucæ: Paulus Eberus, Kittingenſis, philoſ. magiſt. 246.

1552. *1. Maij:* Laurentius Lindemann, J. U. D. *Per totum ipſe annum. Hoc Rectore Academia propter peſtem translata eſt Torgam.* 227.

1553. *1. Maij:* Melchior Fendius, Med. D. *Hoc Rectore mortuus eſt Mauritius, magnanimus cogn. Dux Elector, fel. mem. d. 11. Julij.* 357.

f. Lucæ: Dn. Caſpar. Ulricus, Comes à Reinſtein, Dnus in Blanckenburg. Vice-Rector Johannes Schneidenvvein, J.U.D.

1554. *1. Maij:* Sebaſtianus Theodoricus Winshemius, Math. inf. Prof. 332.

f. Lucæ: Dn. Stanislaus, Comes in Gorcâ, Caſtellanus Brzeſtenſis & Capita- 343.

neus

Anno:			*Inſcripti*:
		neus Buſcenſis &c. Vice-Rector iterùm ſuperior Ex-Rector.	292.
1555.	*1. Maij*:	Dn. Chriſtophorus, Comes in Barbey & Mülingen &c. Vice-Rector Petrus Prætorius, Cotbus. S. Th. Doct.	516.
	f. Lucæ:	Joachimus à Beuſt, J.C.	198.
1556.	*1. Maij*:	Jacobus Milichius, Med. Doct.	339.
	f. Lucæ:	Dn. Melchior Faſolt, à Schlesdorff.	224.
1557.	*1. Maij*:	Dn. David Ungnad/ Baro de Sonneck & Frauenburgk / Vice-Rector Paulus Eberus, Cithingens. S. Theol. & Ebr. L. Profeſſ.	315.
	f. Lucæ:	Matthæus Blöchinger, Prof. P.	315.
1558.	*1. Maij*:	Dn. Adolphus, Comes in Naſſavv, Cattenelnbogen, Vianden & Dietz, Vice-Rector Johannes Schneidevvein, J. U. D.	370.
	f. Lucæ:	Dn. Henricus, Baro à Staremberg, Auſtrius. Vice-Rector Vitus Ortel, Winsheimius, Med. D.	260.
1559.	*1. Maij*:	Dn. Chriſtophorus, Baro in Donavv, &c. Vice-Rector Georgius Major, Th. D. & Prof.	413.
	f. Lucæ:	Georgius Cracovius, J. U. D. & Conſiliar. Elector. *Hoc Rectore mortuus eſt Philippus Melanchthon, d. 19. April. 1560.*	313.

Anno

Anno:		*Inſcripti:*
1560. *1. Maii:*	Caſpar Peucerus, Budiſsinus, Med. D. & Profeſſ.	411.
f. Lucæ:	Petrus Vincentius, Vratislav. Orator. Dialecticæ & Ethicæ P.P.	234.
1561. *1. Maij:*	Georgius Major, S. Th. D. & Prof.	348.
f. Lucæ:	Johannes Schneidevvein. J.U.D.& Profeſſ. P.	241.
1562. *1. Maij:*	Johannes Hermannus, Norling. Phil. & Med. D. & Profeſſ.	355.
f. Lucæ:	Eſromus Rudingerus, Papeberg. Phyſ. Profeſs. P.	272.
1563. *1. Maij:*	Paulus Crellius, Th. Doct. & Profeſſ. &c.	337.
f. Lucæ:	Dn. Erneſtus Ludovicus, Dux Sedinorum, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Henetorum, Princeps Rugiæ &c. Pro-Rector Vitus Ortel, junior, J. U. D. & Profeſs.	344.
1564. *1. Maij:*	Dn. Barnimus, Dux Sedin. Pomer. &c. frater. Pro-Rector Caſpar Peucerus, phil. & Med. D.	352.
f. Lucæ:	Dn. Johannes Georg. Comes in Solms, Dn. in Munchenburg. & Sonnevvald &c. Pro-Rector Caſpar Cruciger, Theol. Lic.	310.
1565. *1. Maij:*	Dn. Sigiſmund. Ludovicus, Auſtriæ Baro in Polheim & Wartenburgk. Pro-Rector M. Heinricus Mollerus, Hamburgenſis, Ling. Sacræ Interpres & Prof. P.	438.

Anno;		*Inſcripti:*
f. Lucæ:	Michael Teuberus, J. U. D. & Prof.	227.
1566. *1. Maii:*	Vitus Ortel, Winshemius, Senior, philoſ. & Med. D. & Græc. liter. Profeſſ.	309.
f. Lucæ:	M. Euſebius Menius.	133.
1567. *1. Maij:*	Georg. Major, S. Th. Doct.	341.
f. Lucæ:	Johannes Boſonius, J. U. D. & Prof.	248.
1568. *1. Maii:*	Caſpar Peucerus, phil. & Med. D. & Prof. P.	490.
f. Lucæ:	M. Johann. Bugenhag. fil.	297.
1569. *1. Maij:*	Dn. Bohuslaus Joachimus, Baro à Lobcovvitz & Haſſenſtein, Dn. in Litzkovv &c. Pro-Rector Paulus Crellius Th. Doct. &c.	460.
f. Lucæ:	Joachimus à Beuſt. J. U. D. Profeſſ. & Conſiliar. Elect.	332.
In ejus locum jam ſucceſſit poſitaq; eſt Delineatio chorographica Palæſtinæ ſive Terræ ſanctæ, deſcriptio Jeroſolymæ & monumenti ſacri vel ſepulchri Servatoris noſtri; vel immò potiùs, ut rectiùs dicam, Peregrinatio univerſa Friderici III. & ſapientis, Electoris, toties laudati, ſuſcepta ab ipſo devotionis cujusdam gratiâ, pro more illorum temporum, anno CIↃ CCCC XCIII. ad dicta loca, in his obambulantis & diligentiſſimè omnia qvaſi luſtrantis: cum inſcriptionibus locorum rerumq; geſtarum ibidem plerisq;.

Præterea notatu viſuq; digna eſt tabula Captivitatis & prehenſionis Chriſti, Servatoris noſtri, valvis ipſa clauſa duabus, juxta Sacrarii oſtium ad dextram mox; opus & ipſum, ut fertur, Alberti Dureri, ein Nachtſtück/ vulgò: Chriſtum in horto, Judam hunc oſculo excipientem, Petrum cum Malcho, & reliqvam catervam faculas & arma tractantem, ipſam deniq; nigricantem noctem, artificio ſanè ſingularisſimo repræſentans.

Item ſuprà Sacrarij oſtium Tabula alia ejusdem Dureri, ut fertur, valvis & ipſa clauſa duabus: qvibus apertis repræſentatur in medio ejus B. Maria cum Jeſulo, angelisq; qujusdam, alijs: in valvâ dextrâ verò Joſephus, ſenex rugoſus nodoſisq; admodùm digitis: in ſiniſtra Juvenis qvidam (an Johannes Apoſtolus?) totus nudus: omnia item artificij ſanè ſingularis.

Deniq; notetur & adhuc in angulo muri ſeptentrionalis, poſt cathedram, juxta januam æditui, alia Tabula Lucæ Cranachij, (Lucas Mahler is ipſe vulgò aliàs ſic dictus) ut fertur, opus: repræſentans S. S. Mariam & Eliſabetham, aliasq; earundem agnatas matronas, cum pueris & puellis luſitantes: nec non hinc & inde, in extremitatibus duabus, Fridericum & Johannem, fratres Electores, adſtantes orantesq; qvaſi. Opus ſanè & ipſum non contemnendum.

Cæteras ſeu Imagines ſeu tabulas pictas, qvantitate & qvalitate plures, nec artificii minoris, lubens heic & nunc prætereo.

Enimverò nec prætereundæ planè ſilentio, qvarum ſuprà mentio qvodammodò facta, Relliqviæ Sanctorum, in hoc ipſo Templo qvondam honori omnium Sanctorum dicato dictoq; repertæ, notatæq; hinc in peculiari libello impreſſoq, vel exſcripto typis, apud archivum, qvod vocant, Academiæ, ſub hac inſcriptione: Die Zaigung des Hochlobwürdigen Hailigthumbs der Stifftkirchen aller Hailigen zu Wittenburg. Gedruckt alhier / im Jahr Chriſti 1509. Qvarum Summa: qvinqvies mille, & qvinq; adhæc. Oſtenſæq; fuêre ſingulis annis qvondam eædem publicè feriâ ſecundâ poſt Dominicam, qvam vocant, Miſericordias Domini. Harum qvasdam ſaltim ac notabiliores haud grave fuerit, nec de ſuperfluo omninò, heic item adſcripſiſſe; memoriæ ergò cujusdam, & qvaliscunq; gratitudinis erga DEUM pro liberatione ex hac ſervitute, ſuperſtitione & plus qvàm Ægyptiis tenebris, nec non commiſerationis alicujus erga bonos & plus ultrà pios, credulos potiùs, majores

noſtros

noſtros. Et hæ ſunt reperiunturq; inter alias, in libello adducto.

Von dem Waſſer / auß dem Grabe S. Walpurgis flieſſende/ 1. Particul.

Von den Händtſchuhen S. Künigundæ, 1. particul.

Von Berg Sinai/ 3. particul.

Von S. Catharinen Milch/ für Blut vergoſſen/ 1. particul.

Von den Eilfftauſendt Jungfrawen 1454. particul.

Von der Trepp / darunter S. Lazarus gelegen/ 1. particul.

Von ſeinen Gebein und Zähnen / etliche particul.

Von der Kappen S. Luchumini. 1. partic.

Von S. Paulo/ dem Einſiedler/ 1. part.

Von S. Thoma von Aqvin, 1. partic.

Von Schiff S. Nicolai, 1. particul.

Von S. Jvone/ 1. particul.

Zwey gantze Gebein von den Zehentauſend Rittern.

Von denen H. Coſmâ und Damiano, 8. particul.

Zwey Kinnbacken/ von S. Pangratio und Bonifacio.

Ein Meſſer/ damit das Heyligthumb S. Laurentij zu Prag getheilet / und derer Zeit noch geblutet hat.

Von den unſchuldigen Kindern / 204. particul. darunter ihre Heute / gantze Häupter / Glieder / Arme/ Beine/ Finger.

Ein

Ein gantzer Leichnam von einem der unſchuldigen Kinder.

Von Ruß aus dem glüenden Ofen der drey Männer/ 1. particul.

Von Creutz Diſmæ, des Schächers / 2. partic.

Von den Märterern Maccabæorum, 2. partic.

Von den Siebenſchläferu / 15. partic.

Von dem Gebein S. Stephani / des erſten Märteres / 14. partic.

Von ſeinem Blut / 1. part. von Haupt und Arm / 3. part.

Von einem Stein / damit S. Stephanus geſteiniget / 8. particul.

Ein gantz Haupt und Schwertt S. Mauritij.

Item, von ſeiner Fahnen / Speer/ Harniſch/ etliche particul.

Von S. Chriſtoph / den Groſſen / etliche particul.

Von einer Knieſcheiben S. Marci, 1. partic.

Von den Solen der Schuch S. Thomæ, etliche particul.

Von der Caſeln S. Johannis / 4. particul.

Die gantze Haut des Angeſichts S. Bartholomæi.

Von Creutz S. Andreæ, 11. particul.

Von ſeinem Rock / 1. particul.

Von S. Paulo und Timotheo / etliche part.

Von Gürtel S. Pauli / 1. particul.

Ein Glied von der Ketten / daran S. Petrus gefangeu gelegen.

Von ſeinen Rock und Stabe / etliche particul

Von

Von der Statt da der Herr JEſus geboren/ 4. particul.

Von Tüchlein/ darin Er gebunden/ 1. partic.

Von der Krippen/Wiegen/ Hew/ Stroh/ da Er gelegen/Gold und Myrrhen/ſo ihm geſchencket/ etliche particul.

Vom Berge/ darauff der Herr Chriſtus gefaſtet/ 4. particul.

Von der Statt / da der Herr das Pater noſter gepredigt/ 2. particul.

Vom Stein / auff den der Herr Chriſtus geſtanden zu Jeruſalem und geſprochen: Hier iſt das Mittel der Weldt/ 1. particul.

Von den Stein/ da Er ſtund/ wie Er über Jeruſalem weinete/ 1. partic.

Von Stein/ von welchen Er auff den Eſel geſtiegen/ 1. partic.

Von der Erden/ da Er gefangen/ etliche partic.

Von Himmelbrodt der Kinder Jſrael/ 1. partic.

Vom Tiſch / Item Tiſchtuch / Brodt / uff und von welchen der Herr mit ſeinen Jüngern zu abendt geſſen / 1. partic.

Ein particul, von Gottesacker umb dreiſſig Pfennig gekaufft/ durumb Chriſtus verrathen.

Von Stein / da der Herr Chriſtus blutigen Schweiß geſchwitzet / 1. part.

Von der Ruten Aaronis, 3. partic.

Von der Ruten Moſe / 2. partic.

Vom Buſch / den Moſes ſahe brennen / und nicht verſehret ward/ 1. part.

Vom Berg Calvariæ 2. particul.

Vom Oelberge/ 2. particul.

Vom Tuch/ damit der HErr den Jüngern die Füſſe getrucknet/ 1. partic.

Von Kleide Chriſti/ 1. partic.

Von ungeneheten Rock/ 1. particul.

Von Purpurgewand / 1. particul.

Von weiſſen Kleide / in welchen der Herr von Herode verſpottet wardt/ 3. particul.

Von Schweistuch des Herrn / 3. partic.

Vom Barth des Herrn JEſu 1. partic.

Vom Keil / damit das Creutz Chriſti einge-pflöckt/ 1. particul.

Von der Seule/ daran Er geſteupet/ 12. articul.

Vom Strick/ damit Er gebunden/ 1. particul.

Von der Ruten/ darmit Er geſteupet/ 1. part.

Vom Schwamb/ durch welchen Er getren-cket. 2. particul.

Acht gantze Dornen / von der Kron des HErrn JEſu.

Ein groß particul von ein Nagel/ ſo dem Herrn JEſu durch Hände oder Füſſe geſchlagen.

Etliche particul von H. Creutz.

Vom Stein / ſo auff Chriſti Grab gelegen / 1. particul.

Vom Stein/ von welchen der HErr Chriſtus gen Himmel gefahren / 4. particul.

Ac tandem concluditur: Summa Summarum aller particel: Fünff Tauſend und Fünff particel. Von jeglichen particel hundert Tag Aplaß. Seynd VIII. Gänge: hat jeglicher Gang inſonder-heit

heit hundert Tage und ein Caren Ablas. Selig ſind die ſich des theilhafftig machen.

Poſtremùm, de Templo parochiali ſ. Oppidano, qvondam B. Virg. Mariæ ſacro, aliqvid fortè adhuc dicendum qvoqve erat: præſertìm viſu item notatuqve dignis in eodem. Hoc qvo tempore condi cœperit primùm haud æqvè certum eſt: ex ejus ſtricturâ nihilominus apparet, non uno eodemq; id exædificatum tempore fuiſſe: reperatumq; nonnihil eſt, videtur immò certè ampliatum ex eâ parte qvæ ortum reſpicit, anno cIↄ Iↄ LXX. ut teſtatur ſcriptura contrà murum facta meridionalem, planè ſub tecto. Qvo & in loco Inſigne, ex lapide, (qvod obiter) Scrofa, delitiæ luſusq; Judæorum aliqvot, cum hac inſcriptione: Rabbini: Schemhamphoras: in honorem, ſcilicet, collocata huc eorundem: ut qvorum non parva olim & heic fuit inhabitantium copia: (unde plateæ nomen item alterius adhuc) hodie verò nulli omnìnò in toto Electoratu & Ducatu Saxonico recteq; tolerantur. Hæc illa.

Jam in hoc templo notatu digna hæc fere ſunt pauca: I. Altare, in cujus tabulâ erectâ repræſentatur ad vivum B. Mart. Lutherus, ſtans in ſuggeſtu, digitumq; intendens in Chriſtum crucifixum: hinc Philippus Melanchton, adminiſtrans baptiſmum: porrò Johannes Bugenhagius, Pomeranus, confitentes alios pœnitentesq; abſolvens, impœnitentes verò ejiciens. In imagine Lutheri deniq; notetur, hanc percuſſam bis videri, ex inſolentiâ, pugione, ſemel in collum, hinc circa umbilicum, à milite qvodam olim, ut fertur, Hiſpano, tempore capti à Carolo V. Imper. Johannis

Friderici, Electoris, & hinc deditione factâ Witteber-gæ, anno clↄ Iↄ XLVII: qvi tamen, ut viciſſim ad-dunt alii, juſtas ex mandato Cæſaris ideò pœnas dede-rit: de qvo tamen, poſteriori, nobis non ſatis conſtat.

II. Monumentum, prope altare ad ſiniſtram Martini Polichij, Mellerſtadii, Primi Academiæ Re-ctoris. Cujus effigies Saxo inciſa ſepulchrali conſpi-citur: epitaphium verò orichalceum ſive æneum mu-ro incluſum orientali: qvorum inſcriptiones infrà dabimus, Lib, II. ſuo loco.

III. Monumentum, ibidem loci, Udalrici Erbar/ Rectoris Academ. XX. â nobili qvodam Herbipolenſi trucidati anno, clↄ Iↄ XII. cujus ſuprà inter Rectores Acad. facta mentio, pag. 58. Cujus item effigies expreſ-ſa cernitur in ſaxo ſepulchrali, appoſitis duobus ſuprà caput ſceptris, Academici Magiſtratus inſignibus: nec non epitaphii loco lamina ænea eidem inſita muro o-rientali: cujus & inſcriptionem vide infrà, ſuo loco.

Deniq; notentur & adhuc Icones aliqvot, ad vi-vum, Epiſcoporum hujus loci ſeu Eccleſiæ, Superin-tendentes & Paſtores qvi vocantur aliàs & vulgò, ad dextrum aræ latus: & hi ſunt ordine ſex:

Caſparus Eberhardi, Theol. D. *obijt:* 1575. *Octobr.* 21.
Polycarpus Lyſerus, D. *obijt:* 1610, *Febr.* 22.
Ægidius Hunnius, D. *obijt:* 1603. *April.* 4.
Georgius Mylius, D. *obijt:* 1607.
Fridericus Balduinus, D. *obijt:* 1627, *Maij* 1.
Paulus Roberus, D. *obijt:* 1651. *Martij* 18.

CAP.

CAP. X. & Ult.

Ἀνακεφαλαίωσις breviuſcula & Chronologica Superiorum plerumq́, Dictorum in Capp. præced. de VVittebergâ, & Academiâ heic fundatâ, usq, huc: ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει, &c.

Anno Domini:

110. Calegia Claud. Ptolomæi floret, temporibus Æl. Adriani, Imperat. nec non Wittekindi I. Germanor. Regis: qvæ â nonnullis habetur Witteberga noſtra: qvod probatur ipſis â ſitu, elevatione poli, h. e. latitudine, nec non longitudine, ijsdem ferè.

780. Condita adſtruitur Wittebergâ â Wittekindo II. cognom. Magno, rege Germanorum poſtremo & primo Saxoniæ Duce, &c.

Arx regia & hinc Electoralis primùm condita & ipſa vel inchoata creditur â laudato Wittekindo magno, anno eodem.

807. Abſoluta eadem â Wittekindo III. & filio, Duce Saxoniæ, &c.

1180. Sedem Electoralem primus heîc ſibi fixit Bernhardus Anhaltinus, Alberti Urſi Fil. Dux-Elector Saxoniæ primus ex familiâ Anhaltinorum: unâ cum poſteris ſuis illuſtriſſimis.

1238. Franciſcanorum Cœnobium & Templum fundatur, ab Helenâ, Alberti I. Bernhardi filij,

Ducis & Electoris Saxon. Conjuge: qvæ obijt 1273. ſepulta in hoc ipſo templo.

1360. Templi Cathedralis ad arcem ſive omnium Sanctorum fundamenta jecit, extructo ibidem loci Sacello primùm, Capellâ ut vocant aliàs, conſtitutoq; Collegio Canonicorum, Rudolphus II. Primi fil. Bernhardi abnepos, Dux-Elector Sax: qvi obijt 1370. ſepultus in templo Franciſcanorum.

1423. Dignitas Electoralis, unà cum Electoratus, Saxonià ſuperiori & Wittebergâ ab Anhaltinis (fato functis omnibus ac ſingulis, penes qvos qvidem tunc Electoratus erat) ad Landgravios Thuringiæ & Marchiones Miſniæ transfertur: & in ſpecie Fridericum I. cognom. Bellicoſum.

1490. Fridericus III. cognom. Sapiens, Erneſti fil. Friderici II. nepos, Frider. I. pronepos, Dux-Elector Saxon. ſucceſſivè & Albim ponte ſternit ſublicio, Civitatem reparat & exornat, & Arcem Templumq; eidem contiguum, Cathedrale omniumq; Sanctorum, redintegrat, vel potiùs de novo extruit planè idem, ut hodie adhuc extant.

1493. Idem, devotionis ergò, hinc interea in Palæſtinam, pro more illorum temporum, ad loca ſacra proficiſcitur: reverſusq; domum varia exotica, præſertim v. reliqvias Sanctorum huc adfert, templo laudatoq; dicat infertq;.

1502. Idem Fridericus III. Elector Cœnobium & templum fratrum S. Auguſtini ad portam Eliſtr. condit & extruit

Idem

Idem Studium generale aliqvod, ſive Univerſitatem, ut vocant, vel Academiam heic loci fundat primum, die f. Lucæ h. e. XVIII. Octobr. Item: Collegium Friderici, de ſuo nomine ſic dictum; Imperante D. Maximiliano I. Cæſ. Rectore v. primo Martino Polichio, Mellerſtadio Franco, &c.

1506. Academia transfertur propter peſtem Hertzbergam menſ. Julio: reverſa iterùm huc ſub finem hujus anni.

1508. Martinus Lutherus Erfurdiâ huc venit, vocatus ad docendum.

1512. Udalricus Erbar / Med. D. &c. Rector Academ. XX. à nobili qvodam Herbipolenſi trucidatur, ineunte menſe Octobr. Homicida viciſſim mox capite plectitur publicè in foro.

Martinus Lutherus Doctoris inſignitur heic titulo graduq; d. feſto Lucæ, Acad. natali.

1517. Mart. Lutherus contra abuſus & ſuperſtitiones Papiſticas, in ſpecie Tezelij, monachi, indulgentiarũ forum diſputat, theſibus aliqvot, XCV. valvis templi ad Arcem affixis, prid. omn. Sanctorum. Seqvente v. anno in Comitijs Auguſtanis ſeſe ſiſtit coram Cardinale Cajetano.

1518. Philippus Melanchton huc venit, vocatus incorporatusq; huic Academiæ: ut Lector primus Græcæ Lingvæ.

1521. Tumultus Carolſtadiani huic cientur loci, ab ipſo Carolſtadio: ejectis ex templo imaginibus: ſchola puerorum in macellum convertitur panarium; ipſe deniq; fit ruſticus.

Die

1525. Die V. Maij, moritur Fridericus III. & Sapiens, Elector Sax. fundator hujus Academiæ fel. mem. ſepeliturq; heîc in templo ad arcem Cathedrali ſive omn.Sanctorum.

1527. Academia transfertur propter peſtem Jenam, m. Auguſto; reverſa huc iterùm anno ſeqvente, m. Aprili.

1530. Confeſſio Eccleſiarum Saxonicarum, Auguſtana dicta, Auguſtæ Carolo V. Imperatori exhibetur.

1532. Die XVI. Auguſti, moritur Johannes, animoſus, Elector Sax. fel. m. ſepeliturq; heîc in templo ad arcem Cathedrali.

1535. Academia iterùm ob peſtem transfertur Jenam, ad tempus aliqvod.

1542. Witteberga à Johanne Friderico, Electore, de novo munitur (contrahitur itemq; paulò, ab eâ parte verſus ortum) aggere ſeu vallo & foſsâ, necnon duplici circumdatur muro lateritio.

1544. Templum Franciſcanorum Cœnobij mutatur in granarium, neceſsitudinis ergò cujusdam: ipſum Cœnobium verò in Ptochodochium convertitur.

1546. Die Concordiæ h.e. XVIII. Febr. moritur in Domino D. Martinus Lutherus Islebij, Mansfeldior: delatus huc, Wittebergam, d. XXII. ſepultusq; in templo ad arcem Academico.

Eodem anno adhuc Turrium qvatuor, ad arcem nempe & templi parochialis faſtigia removentur, in eventum & metu obſidionis cujusdam, Suburbia item, horti &c. diruuntur.

1547. Johan-

1547. Johannes Fridericus, Elector, cogn. Conſtans in prælio capitur à Carolo V. Imperat. propè Mülbergam, Domin. Miſericord. Domini, h.e. XXIV. Aprilis.

Witteberga obſidetur à Carolo, Cæſ. à d. IV. Maij: dedita XXIII. ejusd. Ceditq; cum toto Electoratu, dignitateq; ipsâ hac Electorali, Mauritio, Johannis Friderici agnato, Duci nec non deinceps Electori Saxon.

1552. Academia propter peſtem transfertur Torgam, ad tempus aliqvod.

1553. Die XI. Julij moritur Mauritius, magnanimus cognom. Dux & Elector Saxoniæ, fel. mem. ſucceditq; eidem frater, Auguſtus &c.

1555. Faſtigia Turrium templi parochialis ſive oppidani reparantur, mutata eadem in octogona: abſoluta anno 1556.

1558. Faſtigia Turrium ad Arcem item reparantur denuò.

1560. Philippus Melanchton moritur d. XIX. Aprilis; ſepelīturq; in templo ad arcē Academico.

1564. Schola Oppidana exædificatur.

Item: Cœnobium Auguſtinianum ad portam Elyſtr, hinc Domus B. Lutheri & hæredum ejus comparatur ceditq; Academiæ. Pars antica ejusdem, hodie Collegiū Auguſti, ab eodē El. de novo item exædificatur, in uſum Academiæ.

1570. Templum parochiale ſive oppidanum redintegratur ex parte, reſtauratur, ampliatur.

1586. Die XI. Februar. moritur Auguſtus pacificus

cognom. Dux-Elector Saxon. fel.mem.ſuccedit-qve eidem filius, Chriſtianus I. &c.

Eodem anno adhuc & ſeqq. motus cientur Sacramentariorum heic loci, nec non alibi per Electoratum : Berengerianâ renovatâ interpolataq; hæreſi de S. Cœnâ, &c.

1591. Die XXV. Septembr. moritur Chriſtianus I. Dux Elector, f. m. eidemq; ſuccedit Adminiſtrator tanqvam Septemviratûs & Pro-Elector Saxoniæ Fridericus Wilhelmus, Sax. Dux, agnatus.

1601. Idem Fridericus Wilhelmus, &c. Pro-Electoratu decedit, ineunte menſe Octobr. & fit Elector Sax. Chriſtianus II. Primi fil. &c.

1602. Academia Wittebergenſis primum Centeſimum ſuum, natalem tanqvam & Jubileum, annum celebrat, per aliqvot dies.

1611. Die XXIII. Junij moritur Chriſtianus II. Dux-Elector Sax. fel. m. Eidemq; ſuccedit frater Johannes Georgius, &c. Qui Vivat!

1617. Solennitas Jubilæi Evangelici-Lutherani celebrata eſt, per aliqvot dies : Rectore D. Dan. Sennerto, b. m. Parente.

1648. Pax aurea reſtituitur, poſt bellum infeliciſs. annorum XXX. Germaniæ patriæq; dulciſs. qvo ipſo anno Rectoratum Academ. geſſi ego Auctor. DEO Laus, honor, gloria!

APPENDIX

APPENDIX.

I. *GENEALOGIA Ducum & Electorum Saxon. è familiâ Principum Anhaltinorum &c.*

BERNHARDUS, Alberti Urſi, Comitis Aſcaniæ & Principis Anhaltini Fil. primus fit ex hac familiâ Elector Sax. anno 1180. Moritur: 1212.

ALBERTUS I. Bernhardi Fil. Elector, moritur anno: 1260.

ALBERTUS II. Primi Fil. Elect. moritur: 1297.

RUDOLPHUS I. Alberti II. Fil. Elect. moritur: 1356.

RUDOLPHUS II. Rudolphi I. Fil. Elector, moritur anno: 1370. juxta alios: 1385.

WENCESLAUS, Rudolphi II. Fil. Elect. moritur, anno 1402.

RUDOLPHUS III. Wenceslai Fil. Elect. moritur: 1419.

ALBERTUS III. Rudolphi III. Frater, Elector ex hac familiâ Ultimus, moritur: 1422.

II. *GENEALOGIA Ducum & Electorum Saxon. Illuſtriſſ. è Landgravijs Thuringiæ & Marchionibus Miſniæ, &c.*

FRIDERICUS I. cognom. *Bellicoſus*, Fridericorum, Strenui fil. Severi nepos, Animoſi vel magnanimi & cum admorsâ genâ pronepos, &c. Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ &c. (fundator, an: 1409. Acad. Lipſienſis) primus fit ex hac familiâ Dux Elector Saxoniæ, anno 1422. vel 23. moritur: 1428.

FRIDERICUS II. Primi Fil. cogn. *Placidus*, Dux & Elector Saxon. II. ſeqvitur anno 1428.

ERNESTUS, Frider. II. Fil. Dux & Elector Saxon. III. anno 1464.

FRIDERICUS III. Ernesti Fil. cogn. *Sapiens*, (fundator Academ. Witteberg.) Dux-Elect. Sax. IV, an. 1486.

JOHANNES, Frider. III, frater, cogn. *Animoſus*, Dux-Elect. Saxon. V. anno 1525.

JOHANN. FRIDERICUS, Johann. Fil. cogn. *Conſtans*, Dux-Elector Sax. VI. anno 1532.

ALBERTUS, Frider. II. Fil. Dux Saxoniæ, cognom. magnanimus, dextera manus Imperii, alter Rolandus, Hector German. floret ann: 1471.

GEORGIUS, Alberti Fil. Dux Saxon, Relig. Pontificiæ defenſor acerrimus, moritur anno 1539.

HEINRICUS, Georgi frater, Dux Saxon. Evangelij defenſor opt. max. moritur anno 1541.

MAURITIUS, Heinrici Fil. cogn. *Magnanimus*, Dux & Elector Saxon. VII. fit anno 1548.

AUGUSTUS, Mauritij frater, cogn. *Pacificus*, Dux-Elector Saxon. VIII. an: 1553.

CHRISTIANUS I. Auguſti Fil. Dux-El. Sax. IX. an: 1586.

CHRISTIANUS II. Primi Fil. Dux-Elector Saxon. X. anno. 1601.

JOHANN. GEORGIUS, Chriſtian. II. frater, I. Fil. Dux-Elector Saxon. XI. ann: 1611. Qvi Vivat!

LIBER. II.

INSCRIPTIONES Hic ſiſtit, hoc eſt, monumenta, epitaphia, alia notabiliora legiq; digna maximè, (non omnia) in hac ſeu Wittebergâ urbe ſeu Academiâ, Virorum perſonarumq; Illuſtrisſimorum, Illuſtrium Clarisſimorumq;, qvi vel genere, vel ingenio item maximeqve, h.e. arte & doctrinâ ſcriptisq; ſuis famam & gloriam qvandam huic Civitati, præſertim v. Academiæ compararunt. Ordine hæc dabimus, qvot qvot eorundem habere potuimus: (obſervato præcipuè illo annorum ſive ætatis, haud dignitatis, ut & hoc ſcias, Benev. Lector) incipiendo à Templo Cœnobij Franciſcanorum, de qvo ſuprà mox Cap. I. pag. 7. & 11. & impr. Cap. III. pag. 28. ſeq. antiqvisſimo facilè illo, claroq; à XX. perſonis Illuſtriſs. Electoribus & Ducibus Saxon. ex familiâ Anhaltinorum, eorundemq; Conjugibus, aliijs.

CAP. I.

Inſcriptiones ſiſtit Templi Cœnobij Franciſcanorum.

Helena, Duciſſa Saxoniæ, Elect. Ux.

ANNO. M.CC. LXXIII. VIII. ID. SEPTEMBRIS. OBIIT. DOMINA. HELENA. CONJUNX. ALBERTI. I. DUCIS. SAXONIÆ. ELECTOR. FILIA. DUCIS. OTTONIS. DE. BRUNSVIG. FUNDATRIX. HUJUS. COENOBII.

Johannes, Dux Sax.

JOHANNES. DUX. SAXONIÆ. FRATER. DOMINORUM. DE. LAUENBORG. OBIIT. ANNO. M. CC. LXXXII. III. CALENDAS AUGUSTI.

Albertus II. Elector Sax.

ANNO. M. CC. XCVII. OBIIT. ALBERTUS. II. DUX. SAXONIÆ. ET. ELECTOR.

Hagne, Duciſs. Sax. El. Ux.

DOMINA. HAGNÆ. UXOR. ALBERTI. II. DUCIS. SAXONIÆ. FILIA. IMPERAT. RODOLPHI. MORTUA. EST. M. CCC. XXII.

VVenceslaus, Dux Sax.

ANNO. M. CCC. XXVII. XVII. MARTII. MORTUUS. EST. WENCESLAUS. DUX. SAXONIÆ.

Jutta, Duciſs. Sax. Elect. Ux.

ANNO. M. CCC. XXVIII. MORTUA. EST. DN. JUTTA. DUCISSA. SAXONIÆ. RODOLPHI. I. CONJUNX. FILIA. MARCHIONIS. OTTONIS. LONGI. MATER. DUCUM. SAXONIÆ. ALBERTI. OTTONIS. JOHANNIS. ET. RODOLPHI.

Albertus, Dux Sax.

ANNO. M. CCC. XXIX. IV. APRILIS. MORTUUS. EST. DUX. SAXONIÆ. ALBERTUS. FILIUS. RODOLPHI. I. ELECT. SAXONIÆ. NATU. MAXIMUS.

Kuni-

Kunigunda, Ducisſ. Sax. El. Ux.

ANNO. M. CCC. XXXI. IX. APRILIS. MORTUA. EST. DUCISSA. KUNIGUNDA. FILIA. REGIS. CRACOVIÆ. UXOR. SECUNDA. DUCIS. RODOLPHI.

Hagne, Duciſſa sax.

ANNO. M. CCC. XLIII. IX. MAII. MORTUA. EST. DOMINA. HAGNE. DUCISSA. SAXONIÆ. QVÆ. FUIT. SOROR. COMITIS. DE. LINDAW. UXOR. RODOLPHI. DUCIS. SAXONIÆ. III. MATER. DUCIS. WENCESLAI.

Otto, Dux Sax.

ANNO. M. CCC. L. TERTIA. FERIA. PASCHÆ. MORTUUS. EST. OTTO. DUX. SAXONIÆ.

Eliſabetha, Duciſſa sax.

ANNO. M. CCC. LIII. MORTUA. EST. DOMINA. ELISABETH. RODOLPHI. JUNIORIS. DUCIS. SAX. FILIA.

Rudolphus I. Elector sax.

ANNO. M. CCC. LVI. XII. MARTII. MORTUUS. EST. RODOLPHUS. SENIOR. DUX. SAXON. ELECTOR.

Rudolphus II. Elector sax.

ANNO. M. CCC. LXX. VI. DECEMBRIS. OBIIT. RODOLPHUS. II. DUX. SAXON. ELECTOR.

Eliſabetha, Duciſſa Sax.

ANNO. M. CCC. LXXIII. MORTUA. EST. ELISABETH. DUCISSA. SAXON. UXOR. RODOLPHI.

Anna,

Anna, Duciſſ. ſax. Elect. Ux.

ANNO. M. CCC. XCV. MORTUA. EST. DN. ANNA, CONJUNX. RODOLPHI. II. DUCIS. SAXON. E-LECT. QVÆ. FUIT. FILIA. BALTHASARIS. LAND-GRAFII. THURINGIÆ.

VVenceslaus, Elector ſax.

ANNO. M. CCCC. II. XIV. CALEND. OCTOBR. MORITUR. WENCESLAUS. DUX. SAXONIÆ. ELECTOR.

Rudolphus III. Elector ſax.

ANNO. M. CCCC. XIX. IX. JUNII. OBIIT. RO-DOLPHUS. III. DUX. ET. ELECTOR. SAXONIÆ. FILIUS. MAJOR. NATU. DUCIS. WENCESLAI. ELECT.

Albertus III. Elector ſax.

ANNO. M. CCCC. XXII. MORTUUS. EST. ALBER-TUS. DUX. SAXONIÆ. ELECTOR. IN. FAMILIA. ANHALDINA. ULTIMUS.

Cecilia, Duciſſ. Sax. El. Ux.

ANNO. M. CCCC. XXIX. OBIIT. CECILIA. RE-LICTA. VIDUA. WENCESLAI. DUCIS. ELECTO-RIS. SAXON. FILIA. FRANCISCI. VICARII. IM-PERIALIS. IN. PADUA.

Barbara, Duciſſ. ſax. El. Ux.

ANNO. M. CCCC. XXXV. FERIA. POST. CAN-TATE. MORTUA. EST. BARBARA. DUCISSA. LIGNICENSIS. ET. BRIGENSIS. CONJUNX. RO-DOLPHI. III. DUCIS. SAXON. ELECTORIS.

CAP. II.

Inſcriptiones Templi ad arcem Cathedralis Academiciq;

Friderici III. Electoris Saxoniæ.

HÆc qvicunqve vides oculo properante Viator,
Ad ſacra ne pigeat ſiſtere buſta pedem.
Ille ego FRIDERICUS, Duce qvo Saxonia felix
Ardua ſacratum tollit ad aſtra caput.
Qvi qvamvis tota arderet Germania bellis,
Effeci pacem gentibus eſſe meis.
At ſenio tandem longis confectus ab annis,
Hic tegor exiguo conditus in tumulo,
Virtutum laudes & famam longa mearum
Poſteritas ſemper, ſit modo grata, feret.

DECESSIT. ANNO. CHRISTI. M. D. XXV.
DIE. V. MAII.
VIXIT. ANNOS. LXII.
MENSES. III.
DIES. XIX.
HORAS. FERE. IIII.

Juxta Statuam æneam, muro incluſam, in tabulâ & ipsâ æneâ hæc leguntur.

Ante petet curſu Bojemica rura ſupino,
Unde in Saxonicos defluit Albis agros:
Incluta qvam poſſit meritorum fama tuorum,
Occidere in populis, Dux Friderice, tuis.
Aurea viderunt hæ gentes ſecula, regni
Dum tibi Saxonici ſceptra tenere datum eſt.

Pace frui placidâ campiqve urbesqve ſolebant,
Horrenda extimuit claſſica nulla nurus.
Bella alij ferro, ſed tu ratione gerebas.
Et ſine vi victi ſæpe dedere manus.
Ingenio claros meruiſti ſæpe triumphos,
Militeqve haud ullo fixa trophæa tibi.
Et pacis ſtudiis florere ac artibus Urbes,
Contigit auſpicio, Dux Friderice, tuo.
Foviſti ſpretas hac tempeſtate Camœnas,
Unicus & ſtudijs præmia digna dabas.
Namq; tuo ſumptu flavũ Schola condita ad Albim eſt,
Ut vitæ verum traderet illa modum.
Hic Evangelij primùm doctrina renata
Deterſo cœpit puro nitere ſitu.
Induit hic veros vultus, iterumqve colorem
Accepit tandem relligio ipſa ſuum.
Et cum Germani ſumpſiſſent arma Tyranni,
Contra Evangelium ſanctaqve juſſa Dei:
Doctores tibi cura pios defendere ſoli,
Et Chriſti latè ſpargere dogma fuit.
His tibi pro meritis gratâ præconia voce
Poſteritas omnis, virqve puerqve canent.
Nulla tuas unqvam virtutes neſciet ætas,
Non jus in laudes mors habet atra tuas.

Johannis, Electoris Saxoniæ.

Condita Saxonici ſunt hic Ducis oſſa JOHANNIS,
Qvi coluit verà cum pietate Deum.

E

Et donec patriæ tenuit Moderator habenas,
Tranqvillæ cuſtos pacis & autor erat.
Qvanqvam Evangelium dum ſpargi curat in orbem,
Inſidijs vidit ſeqve ſuosqve peti.
Attamen has ſemper vicit ratione, nec unqvam
Bellica civili prætulit arma togæ.
Inter felices animas, Te Chriſte precamur,
Ipſius manes ut tueare pios.

DECESSIT. ANNO. CHRISTI.
M. D. XXXII.

Juxta Statuam æneam, in tabulâ & ipſa ænea ita ſcriptum legitur.

Tu qvoqve Saxoniæ Johannes inclute Princeps,
Non virtute minor cognite fratre tuo:
Eximiâ Chriſtum pietate fideqve colebas,
Vita piæ mentis teſtis eratqve tua.
Vindelicis coràm tua Cæſare nuper in oris
Aſſeruit Chriſti lingva profeſſa fidem.
Notior ut fieret divini gloria verbi,
Temporibus fulſit qvæ rediviva tuis.
Utqve Evangelij ſtudium deponere velles,
Flectere non ullæ te potuere minæ.
Iſta tui incendit conſtantia pectoris hoſtes,
Attulit & paſſim multa pericla tibi.
Sed te difficili protexit tempore Chriſtus,
Et gratam pacem pro pietate dedit,
At tua ſæpe tamen moderatio profuit ingens,
Impia ne qvisqvam ſumeret arma manu,

Hac longè ſuperas aliorum laude triumphos,
Hæc virtus magno Principe digna fuit.
Ergo tuum à nullo nomen delebitur ævo,
Nec meriti laus eſt interitura tui.
Hic tua, dum CHRISTUS meliori corpora ſorte
Reſtituet juſtis, molliter oſſa cubent:
Spiritus at vivat cœliqve fruatur honore,
Interea Chriſti conditus in gremio.

DECESSIT. ANNO. ÆTATIS. LXV.
DIE. XVI. AUGUSTI.

Martini Lutheri, D.

MARTINI. LUTHERI. S. THEOLOGIÆ.
D. CORPUS. H. L. S. E. QVI. ANNO. CHRISTI.
M. D. XLVI. XII. CAL. MARTII. EISLEBII. IN.
PATRIA. S. M. O. C. V. AN. LXIII. M. II. D. X.

In vicina tabula aneâ muro inclusâ hæc leguntur:

HIc propè Martini rurſus victura Lutheri
In parvo tumulo molliter oſſa cubant.
Qvæ prius horrendis errorum preſſa tenebris
Atqve Operum obſcurâ nube ſepulta fuit;
Hoc monſtrante iterum patefacta eſt Gratia Chriſti,
Qvæqve Deo acceptos nos facit eſſe Fides.
Namqve ſuperſtitio cùm regnum cœca teneret,
Et premeret longo dogmata vera ſitu,

Ille

Ille Deì afflatu monitus verboqve vocatus,
Lucem Evangelij ſparſit in orbe novam:
Inſtructusqve tubâ Paulinæ & fulmine linguæ,
Exploſo cœpit vera docere dolo.
Utqve Agnum in mediâ Baptiſta oſtendit eremo,
Qvi pia pro populi victima labe foret:
Sic qvoqve monſtravit te, maxime Chriſte, Lutherus,
Cum totus tenebris obrutus orbis erat.
Et Legis tabulæ, qvas in Sinaide Moſes,
Alliſas fregit rupe Propheta Dei;
Qvid diſtent Evangelio, qvod pectora ſanat,
Conſcia qvæ culpæ terruit ira Dei.
Hoc prius amiſſum diſcrimen reddidit orbi,
Eſſent ut Chriſti munera nota magis.
Arguit Auſonij fraudes atqve impia regna
Pontificis, populo qvæ nocuere Dei.
Pollutasqve monens vitare idola per aras,
Ad verum adduxit corda levata Deum.
Magnanimusqve Deo curſum ſervante peregit,
Inſidias contra multiplicesqve minas.
Tandem ex hac vita tranqvillâ morte vocatus,
Ardua propitio venit ad aſtra Deo.
Sentit ubi coram felicia gaudia Chriſto,
Veraqve poſt obitum præmia vivus habet.
Grata Deo tanto ſit pro Doctore futura
Ætas, qvæ Chriſti dogmata vera ſciet,
Atqve oret precibus, Deus, hanc qvam præbuit orbi
Lucem Evangelij, ſervet ut ipſe ſui.

DECESSIT. IN. PATRIA. SUA. EISLEBEN.
ANNO. A. NATALI. CHRISTI. M. D. XLVI.
DIE. FEBRUARII. XVIII. AN. ÆTATIS. SUÆ. LXIII.
ACADEMIA. WITTEBERGENSIS.
UT. FILIA. PATRI. DI-
LECTO.
F. C.

Propè, in aliâ qvadam ligneâ pictaq; tabula hæc denuò leguntur pauciſſimis immutatis.

COntinet hic tumulus Martini membra Lutheri:
Noſſe ſat hoc fuerat, ſed tamen iſta lege;
Qvæ prius horrendis errorum preſſa tenebris,
Atqve Operum obſcurâ nube ſepulta fuit,
Hoc monſtrante iterùm patefacta eſt Gratia Chriſti,
Qvæq; DEO accepta nos facit eſſe Fides.
Namq; ſuperſtitio cùm regnum cœca teneret,
Et premeret longo dogmata vera ſitu,
Ille DEI adflatu monitus verboq; vocatus,
Lucem Evangelii ſparſit in orbe novam.
Inſtructusq; tuba Paulinæ & fulmine linguæ,
Exploſo, cœpit vera docere, dolo.
Utq; agnum in media Baptiſta oſtendit eremo,
Qvi pia pro populi victima labe foret:
Sic qvoq; monſtravit Te, maxime Chriſte, Lutherus,
Cum totus tenebris obrutus Orbis erat.
Et Legis tabulæ, qvas in Sinaide Moſes
Alliſas fregit rupe, propheta DEI;

Qvid

Qvid diſtent Evangelio, qvod pectora ſanat,
Conſcia qvæ culpæ terruit ira DEI.
Hoc prius amiſſum diſcrimen reddidit Orbi,
Eſſent ut Chriſti munera nota magis.
Arguit Auſonij fraudes ac impia regna
Pontificis, populis exitioſa DEI.
Pollutasq; monens vitare idola per aras,
Ad verum adduxit corda levata DEUM.
Magnanimusq; DEO curſum ſervante peregit,
Inſidias contra multiplicesq; minas.
Tandem ex hac vitâ tranqvillâ morte vocatus,
Ardua propitio venit ad aſtra DEO.
Sentit ubi coram felicia gaudia Chriſto,
Veraq; poſt obitum præmia vivus habet.
Grata DEO tanto ſit pro Doctore futura
Ætas, qvæ Chriſti dogmata vera ſciet.
Atq; oret precibus, DEUS hanc qvam præbuit Orbi
Lucem Evangelij, ſervet ut ipſe ſui.

Philippi Melanchthonis.

PHILIPPI. MELANCHTHONIS. S. V. CORPUS. H. L. S. E. QVI. AN. CHRISTI. M. D. LX. XIII. CAL. MAII. IN. HAC. URBE. MO. C. V. ANNOS. LXIII. M. II. D. II.

In tabulâ æneâ propè hæc leguntur.

VItam fortunasqve ſuas ſtudiumqve laboris,
Qviqve operæ ſanctam conſiliiqve fidem
Impendit divina tuis Eccleſia rebus,
Teqve pius variâ juvit & auxit ope:

Hac in

Hac in parte ſibi poſt mortem ſtructa Melanchthon
Communi in luctu buſta Philippus habet.
Qvæ templi foribus magni vicina Lutheri
E regione ſolum qvod tegit oſſa videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in auras,
Bretta Palatini limes amœnus agri.
Unde propinqva petens adiit bonitate ſuorum
Diverſo Aonidum templa ſacrata loco.
Ludus eum puerum accepit Phorcenidos urbis,
Eitelbergiaci mox ſchola Gymnaſij.
Doctrinæ hinc fecit juvenem alma Tubinga Magiſtrũ,
Eximium laudis geſſit ubi ille decus.
Inde triumphator monachorum Capnio juſſit
Albidos hunc ripam viſere Saxonici.
Tunc nova Dux Fridericus ubi collegia Muſis
Romani fundans Enſifer imperij;
Undiqve conductis præſtanti laude parabat
Artis & ingenii reddere clara viris.
Hic ſocio ipſo annis viginti octoqve Lutheri,
Wittenbergiacæ res fuit ampla ſcholæ:
Qvam ſeptem bis adhuc provexit deinde gubernans,
Fluctivagam ut vaſtum per mare nauta ratem.
Heu tempeſtates qvas hic perpeſſus, & ad qvam
Sævos hæc ſcopulos acta carina fuit.
Qvantum externi odij, qvantum invidiæq; ſuorum,
Ingratorum hominum qvæ maledicta tulit?
Ipſe tamen qvamvis reflantibus undiqve ventis,
Directum eſt, retinens vera, ſecutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turbæ,
Nec vulgus ſtrepitu movit inane ſuo.

Summa

Summa petit livor, nemo hunc ſuperare, nec ipſe
Poſſet, ſi ſtudijs otia ſuppeterent.
Iſta ſub obliqvo norunt qvoqve Sole locati,
Qviqve ſub oppoſito forſitan axe jacent.
Scripta ſed illius memorabilia inter & acta
Plurima, qvæ ſolidæ nomina laudis habent,
Unum opus eximium eſt, Fidei Confeſſio ſanctæ,
Ante tuos, Cæſar Carole, lecta pedes.
Lauguida qvâ Chriſti jam dudum Eccleſia nitens,
Rurſum audet vultus tollere læta ſuos.
Concurrant inimici omnes licet undiqve, hic unus
Gonfutare poteſt improba dicta liber.
Sic tua nunc terris floret bona fama Philippe,
Vivit & æternum Spiritus ante Deum:
Corpus at exanimum tumulo hoc reqvieſcit humatum,
Condecorant gratæ qvem monumenta ſcholæ;
Ille qvod expletis ſenio curisqve gravatum
Sexaginta annis exuit atqve tribus.
Sic morbo ut paucis niſi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne ſui.
Atqve olim æthereas veniet revocatus in auras,
Integer & mortis liber abinde metu.
Sancte vir & ſalve Pater optime, te tua ſemper
Nos ſoboles meritâ relligione colet.
Doctrinæ nobis veræ tu ductor & autor,
Hæc tua claræ ætas munera lucis habet.
Salve iterum atqve iterum, tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honor.

ACADEMIA. WITTEBERGENSIS.
PHILIPPO. MELANCHTHONI. PARENTI. ET. PRÆCEPTORI. OPT. MERITO. P.

Ad dextrum tabulæ latus ita ſcriptum eſt:

NATUS. EST. DOMINUS. PHILIPPUS. MELANCHTHON. ANNO. CHRISTI. M. CCCC. XCVII. MENSIS. FEBRUARII. DIE. XVI. POST. VI. HORAM. VESPERTINAM. IN: OPPIDO. PALATINATUS. BRETTA.

Ad ſiniſtrum.

MORTUUS. EST. DOMINUS. PHILIPPUS. MELANCHTHON. ANNO. CHRISTI. M. D. LX. MENSIS. APRILIS. DIE. XIX. DODRANTE. HORÆ. POST. VI. VESPERTINAM. WITTEBERGÆ.

Henningi Godeni, D.

HENNINGO. GODEN. HAVELBERGENSI. JURECONSULTORUM. SUÆ. ÆTATIS. FACILE. PRINCIPI. HUJUS. ECCLESIÆ. PRÆPOSITO. AC. BEATÆ. MARIÆ. ERPHURDIENSIS. SCHOLASTICO. CANONICOQUE. EXTREMA. ÆTATE. SED. FLORENTIBUS. HONORIBUS. ANNO. CHRISTI. M. D. XXI. XII. KAL. FEBRUARII. HIC. VITA. FUNCTO. SEPULTOQUE. MATTHIAS. MEIER. JURISCONSULTUS. CATHEDRALIS. HILDENSHEIMENSIS. AC. PRÆNOMINATÆ. ERPHURDIENSIS. ECCLESIÆ. CANONICUS. EJUS. ULTI-

ULTIMÆ. VOLUNTATIS. PRIMARIUS. EXECUTOR. PATRONO. OPTIME. MERITO. GRATITUDINIS. ERGO, F C.

Petri Lupini, D.

ANNO. DOMINI. M. D. XXI. IN. DIE, PHILIPPI. ET. JACOBI. APOSTOLORUM. DOCTISSIMUS. SIMUL. ET. OPTIMUS. VIR. DOMINUS. PETRUS. LUPINUS. RADHEMEN. PHILOSOPHIÆ. ET. SACRARUM. LITERARUM. DOCTOR. HUJUS. ACADEMIÆ. REFORMATOR. VIGILANTISISMUS. VIVERE. DESIIT. ET. FORTI. ALACRIQVE. ANIMO. CREATORI. ANIMAM. REDDIDIT. CUJUS. CORPUS. HIC. SEPULTUM. EST. ET. TU. PIE. VIATOR. COGITA. TE. QVOQVE. MORTALEM.

Johannis Schneidevvini, D.

JOHANNES. SCHNEIDEWINUS. J. U. D. ET. HUJUS. CELEBERRIMÆ. ACADEMIÆ. PROFESSOR. III. NONAS. DECEMBRIS. ANNO. M. D. LXVIII. IN. CHRISTO. JESU. PLACIDE. OBDORMIVIT. ANNO. ÆTATIS. XXXXIX. CLIMACTERICO. SEPTIMO.

HÆc gener & nati charo monumenta parenti
 Schneidvvino officijs conſtituêre piis.
Hunc fœcunda tulit venis Stolberga metalli,
 Lumine ſed verbi ditior ipſa ſacri.

Charus erat Luthere tibi ceu filius, inſtar
Hunc qvoqve foviſti, docte Philippe, patris.
Relligionis amans, veri ſtudioſus & æqvi,
Integer & vitæ Vir fideiqve fuit.
Laudibus & dignus geminis, dum certat utrinqve
Juris in hoc ſanctâ cum pietate decus,
Leucoris hunc annos retinens Academia multos,
Ornata eſt meritis & probitate viri.
Sic tria luſtra docens & binos inſuper annos,
Semina Romani juris aperta dedit.
Conſilijs aulas rexit Comitumqve Ducumqve,
Juſtitiæ vindex, arbiter, autor erat.
Huc ad ſe terris ereptum & mole laborum,
Ipſe Deus vitæ de ſtatione vocat.
Nunc prope Lutherum placidâ cùm pace qvieſcit,
Adventum expectans, optime Chriſte, tuum.
Nunc etiam vivens cœli perfectus in aula,
Percipit in Domino jura ſacrata Deo.
Eunomia huic, Charites, Themis & cum Pallade Muſæ,
Relligio atqve Fides hæc pia juſta ferunt.

Georgij Majoris, D.

REVERENDO. ET. CLARISS. VIRO. GEORGIO. MAJORI. S. THEOLOG. DOCTORI. ET. PROFESS. SUB. HOC. MARMORE. IN. CHRISTO. QVIESCENTI. DEFUNCTIO. LABORIBUS. CURIS. DOLORIBUS. ET. MISERIIS. HUJUS. VITÆ. ANNO. CHRISTI. M. D. LXXIV. DIE. XXVIII. NOVEMBR. ÆTATIS. LXXIII. CONJUNX. ET. LIBERI. SUPERSTITES. HOC. MON. P.

Johannis

Johannis Schutzij, D.

ANNO. CHRISTI. M. D. XXXI. VICES. MART. MATUT. III. IN. HANC. LUCEM. EDITUS. EST. HALÆ. SAX. R. ET. CL. VIR. DN. JOHANN. SCHUTZ. SS. THEOLOGIÆ. D. ET. PROFESSOR. INCLUTÆ. ACAD. WITEB. CANCEL. HUJUS. ECCLESIÆ. PRÆPOSITUS. CUJUS. CORPUS. HIC. DEPOSITUM. GLORIOSAM. RESUSC. EXPECTAT. DECESSIT. XXIV. JULII. CIRCA. MAT. II. ANNO. DOMINI. M. D. LXXXIV. ÆTAVIS. LIII.

Matthæi VVeſenbecij, JC.

Hac Matthæe tenes te Weſenbece ſub urna,
Sed laus doctrinæ neſcit in orbe mori.

OBIIT. V. JUNII. ANNO. DOMINI. M.D. LXXXVI.
ÆTATIS. LV.

Johannis Limmeri, D.

JOHANNES. LIMMERUS. LUCENSIS. J. U. D. AC. PROFESSOR. IN. HAC. INCLUTA. WITTEBERGENSI. ACADEMIA. FACULTATIS. JURIDICÆ. SENIOR. ECCLESIASTICI. NEC. NON. CURIALIS. JUDICII. ASSESSOR. INTER. ARDENTES. AD. DEUM. PRECES. IN. CHRISTO. JESU. EXSPIRAVIT. VI. DIE. MAII. MEDIA. VESPERTINA. ÆTATIS. ANNO. XLIII. SALUTIS. VERO. HUMANÆ. M. D. XCI.

Franciſci Fabri, D.

FRANCISCUS. FABER, FREIBERGENSIS. TRIUM. MEDICORUM. D. ANTONII. FABRI. D. FRANCISCI. WORMANNI. ET. JOHANNIS. KENTMANNI. FILIUS. NEPOS. ET. GENER. IPSEQVE. FACULTATIS. MEDICÆ. D. ET. PROFESSOR. IN. HAC. INCLUTA. ACADEMIA. ANNOS. XIII. NEC. NON. BIS. UNIVERSITATIS. SCHOLASTICÆ. RECTOR. SUB. HOC. LAPIDE. IN. SPE. LÆTÆ. RESURRECTIONIS. QVIESCIT. MORTUUS.

ANNO. DOMINI. M. D. XCIII. VIII. APRILIS.
ÆTATIS. LI.

Nobilis ingenio, ſtudiis, pietate, labore,
Vir gravis & præſtans arte Machaoniâ:
Mitibus immites alijs qvi flexerat herbis,
Parcas ipſe ſibi flectere non potuit.
Omnia mors rapit, at virtus eſt ſola ſuperſtes,
Parcarum immites deſpiciens calathos.

Petri Ottonis.

HAc Petrus Ottonis recubat ſub mole ſepulchri,
Ille Mathematici ductor ad aſtra poli.
Dum ſacra Leucorei moderatur regna Lycei,
Occubat & cœli patria regna migrat.
Qvi teris hoc ſaxum, ni ſaxo durior hoc es,
Dices: his bene ſit corporis exuviis.

OBIIT. XXIII. APRILIS. ANNO. CHRISTI.
M. D. XCV.

Joh. n.

Johan. Georgii Volckmari, D.

TUMULUS. JOHAN. GEORGII. VOLCKMARI. LOBENSTEIN. VARISCI. S.S. TH. D. ET. EJUSDEM. PROFESSORIS. QVONDAM. PUBLICI.

Hic jacet exutis nimium citò Volckmarus annis,
Ad juga ſuggeſtus magne Luthere tui.
Hinc populum docuit cathedræ de luce juventam
Ingenij mira judicioq; fide.
Si magis annoſam licuiſſet condere vitam,
Ac ſcriptis animum notificare libris,
Tot verbis non eſſet opus hoc ſcalpere ſaxum,
Sufficerent qvatuor; Volckmarus hic ſitus eſt.

OBIIT. PIETATIS. PATIENTIÆ. ET. CONSTANTIAE. EXEMPLUM. XV. MARTII. ANNO. CHRISTI. M. D. XCVI.

Michalis Reichardi.

CLARISSIMUS. ET. HUMANISSIMUS. MICHAEL. REICHARDUS. RATISBONENSIS. ORATORIAE. FACULTATIS. IN. WITEBERGENSI. ACADEMIA. PROFESSOR. PUBLICUS. ET. COLLEGII. PHILOSOPHICI. SENIOR. DE. TOTA. ACADEMIA. DE. STUDIIS. LIBERALIBUS. DE. VIDUIS. ET. PUPILLIS. MERITISSIMUS. NATUS. ANNOS. LIX. PLACIDE. IN. CHRISTO. OBIIT. AN. CHRISTI M. D. XCVII. DIE. 11. SEPT. HORA. X. P. M.

Andreæ Schatonis, D.

HIC. SITUS. EST. ANDREAS. SCHATO. TORGENSIS. MEDICINÆ. D. ET. FACULTATIS. SENIOR. IN. ACADEMIA. WITTEBERGENSI. PER. ANNOS. XXIX. RARO. EXEMPLO. VARIARUM. DISCIPLINARUM. MATHEMATUM. PHYSICES. ET. MEDICINÆ. PROFESSOR. OMNIBUS. SCHOLASTICIS. HONORIBUS. PERFUNCTUS. MAGNA. CUM. LAUDE. VIRTUTIS. DOCTRINÆ. SAPIENTIÆ. ET. INDUSTRIÆ. QVIBUS. ETIAM. INSIGNIA. NOBILITATIS. AB. IMPERATORE. MERUIT. EXEMPLUM. BONI. VIRI. BONI. PROFESSORIS. BONIQVE. CHRISTIANI. OBIIT. XVII. D. MARTII. A. CHRISTI. M. DC. III. ÆTATIS. LXIV.

Davidis Rungij, D.

HIC. SITUS. EST. DAVID. RUNGIUS. POMERANUS. SS. THEOL. D. QVAM. ET. IX. ANNOS. PUBLICE. PRIVATIMQVE. CUM. FIDE. ET. LAUDE. SUMMA. HIC. PROFESSUS. EST. TRIUM. LINGUARUM. LATINÆ. GRÆCÆ. ET. EBRÆÆ. SED. ET. OMNIS. DOCTRINÆ. LIBERALIS. PERITISSIMUS. MAGNI. INGENII. PARITER. AC. JUDICII. DISPUTATOR. SUBTILIS. AC. PERSPICAX. CANDORE. MODESTIA. PACIS. STUDIO. AC. MORUM. SUAVITATE. OMNIBUS

OMNIBUS. CARUS. ET. ÆSTIMATUS. ROSTOCHIUM. V. CL. DAVIDIS. CHYTRÆI. SUCCESSOR. SERIO. SEDULOQ. EVOCATUS. NON. IRE. SED. HIC. MORI. DEBUIT. QVOD. ANIMOSISSIME. FECIT. NON. QVINCTIL. ANNO. ÆTATIS. XL. CHRISTIANO. cIↄ Iↄ CIV.

Salomonis Geſneri, D.

PIETATI. ET. MEMORIÆ. REV. ET. CL. VIRI. SALOMONIS. GESNERI. BOLESLAVIA. SILESII. S.S. THEOLOGIÆ. D. ET. PROFESSORIS. IN. SCHOLA. QVIDEM. ANNOS. XII. LEGENDO. ET. DISPUTANDO. IN. TEMPLO. HOC. X. CONCIONANDO. UTRINQVE. FIDE. ET. INDUSTRIA. OPT. MER. QVI. INGENIO. DOCTRINA. JUDICIO. ELOQVENTIA. ZELO. RELIGIONIS. ET. VITÆ. INTEGRITATE. PAR. SUMMIS. ÆVI. SUI. THEOLOGIS. MONUMENTIS. DE. DOCTRINA. CHRISTIANA. EDITIS. NOMINI. SUO. FAMAM. PIETATE. DOMUM. ÆTERNAM. SIBI. VIVUS. CURAVIT. HÆREDD. HOC. QVOD. EST. E. SAXO. P. C. DEFUNCTO. VII. EID. FEBR. ÆTATIS. SUÆ. XLVI. CHRISTI. cIↄ Iↄ CV.

Johannis Zangeri, D.

PIETATI. ET. MEMORIÆ. JOHANNIS. ZANGERI. BRUNSUICENSIS. SAXONIS. U. J. D. ET. PRO-

PROFESSORIS. DECRETALIUM. IN. HAC. ELECTORALI. WITTEBERGA. PER. XXVI. ANNOS. CELEBERRIMI. ASSESSORIS. JUDICII. CURIALIS. NEC. NON. ECCLESIASTICI. CONSISISTORII. IBIDEM. UT. ET. JUDICII PROVINCIALIS. ET. REGII LLIUS. IN. LUSATIA. INFERIORIS. SPECTATISSIMI. SENIORIS. ET. CAPITIS. COLLEGII. JURIDICI. MERITISSIMI. IN. HANC. TOTAM. ACADEMIAM. OPTIMI. MAXIMI. QVI. NON. TAM. ÆTATE. CONSUMPTUS. QVAM. LABORUM. PERTINACI. ASSIDUITATE. FRACTUS. INTER. ARDENTES. AD. DEUM. PRECES. IN. CHRISTO. JESU. PLACIDE. EXSPIRAVIT. DIE. VI. SEPTEMBR. HORA. V. MATUT. ÆTATIS. SUÆ. AN. L. CHRISTI. VERO. cIↄ Iↄ CVII. HÆREDES. HOC. DEBITI. ET. SINCERI. AMORIS. SIGNUM. EX. INTIMO. PIETATIS. AFFECTU. LUGENTES. P.

Leonharti Hütteri, D.

LEONHARTI. HUTTERI. ULMENSIS. SS. THEOLOGIÆ. DOCTORIS. EJUSDEMQVE. IN. HAC. ACADEMIA. PROFESSORIS. CELEBERRIMI. ANNIS. FERE. XXI. COLLEGII. THEOLOGICI. SENIORIS. JAM. QVARTUM. RECTORIS. ÆTATIS. ANNO. LIII. PIE. DEFUNCTI. ANNO. CHRISTI. M. DC.

M. DC. XVI. SEPTEMBR. XXIII. CORPVS. HOC. MONUMENTO. SEPULTUM. EST.

Erneſti Hettenbachij, D.

CHRISTO. REDEMPTORI. SACRUM. ERNESTUS. HETTENBACH. MERGETHUMENIÆ. FRANCORUM. M. IↃ LII. VI. NON. FEBRVARII. NATUS. MEDICINÆ. DOCTOR. PER. ANNOS. XXVII. ET. PROFESSOR. PUBLICUS. FACULTATIS. ET. ACADEMIÆ. SENIOR. QVI. NON. OCTOBRIS. HORA. VESPER. XI. PIE. IN. DOMINO. OBDORMIVIT. ANNO. DOMINI. M. DC. XVI. SUÆ. ÆTATIS. LXIV. MENS. VIII. MARITO. AC. PATRI. BENE. MERITO. CONJVX. ET. LIBERI. SVPERSTITES. MONUMENTUM. HOC.

P. C.

Benedicti Carpzovij, D.

BENEDICTUS. CARPZOVIUS. J. U. D. ACADEMIÆ. HUJUS. QVONDAM. PROFESSOR. PUBL. DEHINC. ELECTORIS. SAXONIÆ. CHRISTIANI. I. VIDUÆ. P. M. CANCELLARIUS. ET. ELECTORIS. SAXON. JOHANNIS. GEORGII. CONSILIARIUS. NATUS. XXII. OCTOBR. A. C. M. D. LXV. PIE. OBIIT. XXVI. NOVEMBR. ANNI. M. DC. XXIV.

Carpzovius Senior cubat hic, ô flete relicti,
  Hic ſimul Ars, Pietas, Suada Themisq; cubant.
Saxea Saxonia es, ſi non hæc funera defles,
  Saxeus hinc qvisqvis ſiccus abire poteſt.

BALTHASARI. MEISNERO. DRESDENSI. S. S. THEOLOGIÆ. D. ET. PROFESSORI. PUBL. VIRO. EXTRA. CONTROVERSIAM. SINGULARI. IN. QVO. INGENIUM. CUM. INDUSTRIA. DOCTRINA. CUM. ANNIS. PIETAS. CUM. COMITATE. SEMPER. CERTARUNT. MAGDALENA. PERSONIA. CUM. LIBERIS. QVINQVE. SUPERSTITIBUS. CONJUGI. INCOMPARABILI. ET. SUPRA. QVAM. DICI. POTEST. AMATO. NON. TAM. MEMORIÆ. QVAM. IMMORTALEM. SIBI. AC. PERPETUAM. EDITIS. SCRIPTIS. COMPARAVIT. QVAM. TESTANDI. SANCTISSIMI. AFFECTUS. CAUSA. ET. UT. RECONDITI. CORPORIS. LOCUS. INDICARETUR. HOC. SAXUM. POSUIT.

NATUS. EST. ANNO. cIↃ IↃ LXXXVII. D. III. M. FEBRUARII. DENATUS. A. cIↃ IↃ CXXVI. D. XXIX. DECEMBR. IN. IPSO. TERTIO. SUO. RECTORATU. CUM. JAM. XIII. AN. SS. THEOLOGIAM. PROFESSUS. PUBLICE. NON. MODO. HANC. ACADEMIAM. SED. UNIVERSUM. ORBEM. CHRISTIANUM. IN. SUI. AMOREM. ET. ADMIRATIONEM. CONVERTISSET.

Occiduum qvicqvid circumtulit ac moribundum
Meiſnerus, tumuli marmor id omne premit.

At qvæ

At qvæ poſt cineres ſemper victura perennant,
Vel pia fama vehit, vel rutila aſtra tenent.

Eraſmi Unrubij, D.

ERASMUS. UNRUHE. IN. RABENSTEIN. J. U. D. PROFESSOR. PUBLICUS. SUMMA. DOCTRINA. PRUDENTIA, SINGULARI. ET. MAGNO. RERUM. USU. PRÆDITUS QVI. CUM. PER. ANNOS. XXIII. DOCUISSET. PUBLICE. TOTIDEMQVE, TAM. IN. PROVINCIALI. CURIA. QVAM. IN. SCABINATU. WITEBERGENSI. DICUNDO. PARITER. ET. RESPONDENDO. JURI. ASSEDISSET. TER. RECTOR. SÆPIUS. DECANUS. IN. OMNIBUS. OFFICIIS. MUNIISQVE. INGENTI. CUM. LAUDE. INDUSTRIÆ. FIDEI. DEXTERITATIS. VERSATUS. ESSET. TORGÆ. IN. PATRIA. UBI, ANTE, ANNOS. LI. NATUS. ERAT. IN. IPSIS. COMITIIS. QVIBUS. PUBLICO. ACADEMIÆ. NOMINE. INTERERAT. AN. cIↄ C. XXIIX. DIE. X. MENS. MARTII. EXTINCTUS. ET. TANDEM. HIC. REPORTATUS. A. SUIS. HOC. IPSO. IN. MONUMENTO. CONDITUS. EST.

Juris & innocui vates ſanctiſſimus æqvi,
Hac jacet Unruhius Doctor Eraſmus humo.
Cecilia huic conjuncta ſua eſt, ſata patre Lyſero,
Ut torus ambobus unus, ita & tumulus.

Bartholomæi Reuſneri, D.

BARTHOLOMÆUS. REUSNERUS. URATISLAVIENSIS. SILESIUS. U. J. D. ET. PROFESSOR. EMERITUS. JURIDICÆ. FACULTATIS. ORDINARIUS. ET. VICEDECANUS. PERPETUUS. AC. IN. ACADEMIA. SENIOR. SERENISS. PRÆTEREA. SAXONIÆ. ELECTORIS. CONSILIARIUS. CURIÆ. PROVINCIALIS. ET. DICASTERII. NEC. NON. CONSISTORII. ECCLESIASTICI. HIC. WITEBERGÆ. ET. SUPREMI. APPELLATIONUM. JUDICII. ASSESSOR. DRESDÆ. OBIIT. AN. CHRISTI. M. DC. XXIX. ME. NOVEMB. D. XVI. ÆTATIS. A. LXIV. PROFESSIONIS. XXXV.

Georgii VVeckeri, D.

GEORGIUS. WECKERVS. PHILOSOPHIÆ. AC. MEDICINÆ. D. PROFESSOR. P. ET. ACADEDEM. SENIOR. HIC. SITUS. EST. QVI. CVM. PER. XLIV. ANNOS. MEDICINAM. EXERCVISSET. FELICISSIME. PER. XL. IN. HAC. ACADEMIA. PHYSICEN. ESSET. PROFESSVS. RECTORATVM. BIS. DECANATUM. SEXIES. ADMINISTRASSET. ATQVE. CVM. PRIORE. CONJUGE. GERTRVDE. BERGERA. XLIII. CVM. ALTERA. VERO. MENS. II. DIES. XVIII. VIXISSET. INTER. MEDIA. SANI. AC. VALENTIS. HOMINIS. MUNIA. FORTI. APOPLEXIA. OPPRESSUS. EXSPIRAVIT. NATUS. EST. ILENBERGÆ. A. CIↃ IↃ LXVI. D. VI. FEBR. OBIIT. WITEB. D. XIII. OCTOBR. A. CIↃ IↃ C. XXXIII. VIXIT. ANNOS. LXVII. MENS. VIII. DIES. VII.

Dane-

Danielis Sennerti, D.

D. O. M. S. CALCARE. SI. QVIS. HOC. SOLUM. QVONDAM. POTES. RESISTE. DUM. QVID. TE. VELIT. SAXUM. LEGAS. HIC. SITUS. EST. DANIEL. SENNERTUS. URATISLAVIENSIS. SILESIUS. QVI. EXERCENDO. DOCENDOQVE. MEDICINAM. XXXV. AN. PUBLICE. QVODDAM. QVASI. SALUTIS. EGIT. AUGURIUM. EAQVE. DE. RE. INTER. ELECTORALES. ARCHIATROS. ASSCRIPTUS. IN. LOCUM. PRINCIPEM. SUA. VIRTUTE. ASPIRAVIT. NATUS. EST. D. XXV. NOVEMBR. A. cIↄ Iↄ. LXXII. OBIIT. D. XXI. JULII. A. cIↄ Iↄ C. XXXVII. GLORIA. ET. NOMINE. QVOD. ILLUSTRIBUS. ANIMI. INGENIIQVE. AC. INDEFESSÆ. INDUSTRIÆ. EDITIS. MONUMENTIS. PER. UNIVERSAM. EUROPAM. ET. SIBI. PARAVIT. VIVUS. ET. HUIC. CIRCUMFUDIT. ACADEMIÆ. SUPERSTES. PERPETUO. ET. IMMORTALIS.

PATRI. INCOMPARABILI. ET. DE. SE. ETIAM. OPTIME. MERITO. SUPERSTITES. LIBERI. MOERENTES. LUGENTESQVE. P. P.

Eraſmi

Eraſmi Schmidij.

D. O. M. S.

HIC. INTERQVIESCENS. PLACIDE. ALTERAM. VITAM. PRÆSTOLATUR. M. ERASMUS. SCHMIDT. DELITIANUS. THOMÆ. CONS. F. GRÆC. LITER. NEC. NON MATHEM. PROF. PUBL. QVI. QVAMDIU. IN. VITA. FUIT. SINGULARE. PIETATIS. MODESTIÆ. PROBITATIS. AC. INNOCENTIÆ. EXEMPLUM. OMNIBUS. LUCULENTISSIME. PRÆLUXIT. NATUS. EST. PUBL. LITERARUM. BONO. D. XVII. APRIL. A. cIↄ Iↄ LXX. EARUNDEMQVE. MAXIME. VERO. GRÆCARVM. QVARUM. SVMMVS. VATES. ET. VINDEX. EXSTITIT. DAMNO. DENATVS. IV. SEPTEMBR. ANNO. cIↄ Iↄ c XXXVII. CVM. DOCVISSET. PVBLICE. XL. IPSOS. ANNOS. EPHORIÆ. ALUMNORVM. ELECTOR. ANN. XXXVII. VISITATIONI. SCHOLARVM. ILLVSTR. ANN. XXXIV. INCREDIBILI. FIDEI. ATQVE. INDVSTRIÆ. LAVDE. PRÆFVISSET. VITA. QVAM. CVM. ALIIS. COMMVNEM. HABVIT. ANN. LXVII. MENS. IV. MINVS. PAVCIS. DIEBVS. FVIT. SED. QVAM. INGENIO. ET. EXCELLENTI. ERVDITIONE. IPSE. COMPARAVIT. SIBI. IMMORTALIS. EST. NEC. NISI. CVM. LITERARVM. GLORIA. FINIENDA. MARITO. DESIDERATISS. PATRI. OPTIMO. SOCERO. BENE. MERITO. UXOR. FILIA. GENER. TESTANDÆ. PIETATIS. AFFECTUSQVE. CAUSSA.

P. C.

Grego-

Gregorij Nymmanni: D.

D.O.M.S. NEC. NON. MEMOR. GREGORII. NYMMANNI. PHILOSOPHI. AC. MEDICI. ORDINARII. IN. QVO. INGENIUM, STUDIUM. DOCTRINA. ARS. UT. SUMMA. PRÆCELLENTIAq;. FUERINT. NON. EUM. TAMEN. POTUERUNT. EXIMERE. NECESSITATI. QVÆ. OMNES. MANET. QVARE. CUM. EX. LIENIS. ET. HYPOCHONDRIORUM. MORBO. ATROCI. AC. LENTO. D. XIIX. OCTOBR. A, C. cIↃ IↃ XXXIIX. DECESSISSET. FUNCTUS. ILLATÆ. HUC. EJUS. RELIQVIÆ. SUNT. ET. SUB HOC. LAPIDE. IN. SPEM. COMMUNEM. IN. SOLO. PATRIO. CONDITÆ. ET. SEPULTÆ. VIXIT. ANN. XLVI. MEN. IX. D. IV. MEDICINAM. DOCUIT. PUBLICE. EXERCUITQVE. NOBILITER. ANN. XXI. EX. ANATOM. BOTANICÆQVE. PROFESSORE. IN. PRIMUM. COLLEGII. EJUS. ET. SUMMUM. LOCUM. VIRTUTIS. AC. ERUDITIONIS. MERITO. PROVECTUS. QVARUM. FAMA. AC. LAUS. IMMORTALIS. EST. MARITO. AC. PARENTI. OPT. DESIDERATISSIMO. SUPERSTITUM. PIETAS. POSUIT. DICAVIT.

Johannis Strauchij, D.

HIC. SISTUS. EST. JOHANNES. STRAUCHIUS. QVI. NATUS. WITEBERGÆ. D. XXVI. JUNII. ANNO. cIↄ Iↄ XXCIIX. DUCTUSQVE. A. PRIMA. USQVE. ÆTATE. PER. OMNEM. ERUDITARUM. ARTIUM. CULTUM. JURISPRUDENTIÆ. SE. DEDIT. ATQVE. IN. EO. STUDIORUM. GENERE. INDEFESSA. INDUSTRIA. ITA. PROFECIT. NOBILITER. UT. GRADU. ASSUMPTO. AD. SUMMOS. TOGÆ. HONORES. AC. DIGNITATES. ASPIRARIT. VIXIT. ANN. LI. MENS. III. ET. D. TOTIDEM. DICUNDO. JURI. IN. SUPREMA. CURIA. DRESDÆ. CONSILIARIUS. ELECTORALIS. OPERATUS. EST. ANN. VII. IN. APPELLATIONUM. CURIA. ANN. IX. TOTIDEM. QVOQVE. JURA. APVD. NOS. PUBLICE. DOCUIT. ET. FACVLTATI. JURIDICÆ. ORDINARIVM. DEDIT. AC. CAPUT. CAUSASQVE. ECCLESIASTICI. FORI. DIJVDICAVIT. DECESSIT. D. XIX. SEPTEMBR. A. cIↄ Iↄ CXXXIX. EX. FEBRI. MALIGNA. IN. IPSO. RECTORATU. SECVNDO. QVEM. PROPIUS. FINEM. ADDUXERAT. PIETATIS. CANDORIS. JUSTITIÆ. ATQVE. MODESTIÆ. SINGULARIS. LAUS. ET. ABSOLUTÆ. DOCTRINÆ. GLORIA. QVAM. VIVUS. SIBI. PEPERIT. TAM. DIU. DVRABIT. IN. TERRIS. QVAM. DIU. VIRTVTIS. ET. SAPIENTIÆ. NOMEN. NON. EVILESCET. CATHARINA. BLU-

NA. BLUMIA. SVO. ET. SEX. DE. SEPTEM. SVPERSTITVM. LIBERORVM. NOMINE. MARITO. PATRIQVE. INCOMPARABILI. AC. EA. DE. CAVSA. DESIDERATISSIMO. NON SINE. INGENTIBVS. LACRIMIS.

P. C.

VVilhelmi Lyſeri, D.

CHRISTO. REDEMPTORI. SACRUM. ET. BONÆ. MEMORIÆ. WILHELMI. POLYCARPI. LYSERI. ET. ELISABETHÆ. CRANACHIÆ. F. LYSERI. QVI. INGENIO. JUDICIO. ET. THEOLOGICA. ERUDITIONE. JUXTA. AUQVE. PRUDENTIA. UT. PAVCOS. HABUIT. PARES. SIC. DE. ECCLESIA. ET. ACADEMICIS. STVDIIS. PATERNÆ. AVITÆQVE. GLORIÆ. VESTIGIIS. INSISTENS. NON. SINE. EFFICACISSIMÆ. INDVSTRIÆ. EXEMPLO. ILLUSTRI. OPTIME. CLARISSIMEQVE. MERITUS. EST. ANNOR. XIIX. ADOLESCENS. PHILOS. MAGISTER. CREATUS. PLERASQVE. GERMANIÆ. ACADEMIAS. ADIIT. PRÆCIPVAS. INSEDIT. HINC. BELGIO. GALLIA. BRITANNIAQVE. LUSTRATIS. CVM. NONDVM. XXX. AN. FECISSET. SUMMO. THEOLOGIÆ. GRADU. ORNATUS. SIMULQVE. ECCLESIÆ. TORGENSI. DUCATUS. ANTISTES.

 EST.

EST. EX. EA. PROVINCIA. SEXTO. POST. ANNO. IN. ACADEMIAM. WITTEBERG. VENIT. INTERQVE. PROFESSORES. ASSCRIPTUS. XXV. AN. SACRAS. LITERAS. CUM. MAGNA. LAUDE. DOCUIT. PUBLICE. ECCLESIÆ. MISENENSI. INGENUÆ. INTER. CANONICOS. ANN. I. DECANUS. PRÆFUIT. II. ANN. ACADEMICUM. MAGISTRATUM. GESSIT. QVATER. IN. NOVISSIMO. AD. VIII. D. FEBRUAR. AN. C. cIↄ Iↄ CXLIX. OBIIT. DIEM. QVI. VI. KAL. NOVEMBR. A. C. cIↄ Iↄ XCII. BRUNSVIGÆ. NATUS. FUERAT. CATHARINA. BOSIA. LIBERIQVE. CUM. EX. PRIORE. UXORE. REGINA. TUNZELIA. TRES. TUM. QVINQVE. EX. ILLA. SUPERSTITES. MARITO. ET. PATRI. OPTIMO. DESIDERATISSIMO. NON. SINE. AMARISSIMIS. LACRIMIS.

P. C.

Jacobi Martini, D.

HIC. SITUS. EST. DOCT. JACOBUS. MARTINI. PROFESS. THEOL. PRIMARIUS.

ET

ET. TEMPLI. ARCIS. PRÆPOSITVS. TOTIVSQVE. PROFESS. ORDIN. SENIOR. ACUMINE. INGENII. JUDICII. GRAVITATE. DOCTRINÆ. COPIA. ET. EXCELLENTIA. MERITORVM. CVM. SUMMIS. SECULI. VIRIS. COMPARANDUS. IN. SUO. GENERE. POSTPONENDVS. NEMINI. NATUS. EST. AD. D. XVII. OCTOBR. IN. AGRO. HALBERSTAD. A. cIↃ IↃ LXX. DECESSIT. A. D. XXX. MAII. A. cIↃ IↃ C XLIX. CUM. PHILOSOPHIAM. ANNOS. XXI. TOTIDEMQVE. ET. QVOD. EXCVRRIT. THEOLOGIAM. EX. ORTHODOX. NOSTRAM. RELIGIONEM. PRO. CATHEDRA. PRO. SUGGESTU. IN. PUBLICA. LUCE. QVA. VOCE. QVA. SCRIPTIS. DOCVISSET. ASSERUISSET. ET. ILLUSTRASSET. MAGNIFICE. ADEOQVE. IN. TOTO. CHRISTIANO. ORBE. VICTURAM. GLORIAM. ET. IMMORTALE. NOMEN. SIBI. PEPERISSET. UXOR. NOVISSIMA. ET. UTRIVSQVE. MATRIMONII. LIBERI. NEPOTESQVE. SVPERSTITES. MARITO. PATRI. AVO. OPTIMO. DESIDERATISSIMO.

P. C.

Jeremiæ Reuſneri, D.

D. M. Æ. S.
ET. BB. MM.

JEREMIÆ. REUSNERI. JCTI. ET. IN. ACADEMIA. WITTENB. ANTECESSORIS. ORDINARII. AC. SENIORIS. CONSILIARII. ELECTORALIS. SAXONICI. CURIÆ. PROVINCIALIS. SCABINATUS. ET. CONSISTORII. ECCLESIASTICI. ASSESSORIS. QVI. LEORINI. SILESIORUM. NATUS. ANNO. CHRISTI. cIↄ Iↄ XC. AD. IV. NONAS. MAJAS. IX. KAL. NOVEMBR. ANNO. CHRISTI. cIↄ Iↄ CXIIX. CLARISS. VIRGINI. ANNÆ. MARIÆ. SCHROTERIÆ. NUPTUS. ATQVE. EX. EA. PATER. IX. LIBERORUM. BINORUM. MASCULI. CÆTERORUM. SEQVIORIS SEXUS. FACTUS. CUM. IN. HONORIBUS. ET. ONERIBUS. PUBLICIS. DEO. PIETATEM. PROXIMO. ÆQVITATEM. SIBI. SOBRIETATEM. APPROBASSET. SATIS. ANNORUM. VITÆQVE. SATUR. PLENUS.

NUS. FIDEI. PLENUS. SPEI. EXCESSIT. ANNO. CHRISTI. cIↄ Iↄ C LII. PROPRIDIE. KAL. OCTOBRES. QVI. D. MICHAELI. SACER. ERAT. EJUS. QVOD. CLAUDI. POTUIT. HEIC. RECONDI. ET. QVICQVID. ISTUD. MONUMENTI. EST. MARITO. AC. PARENTI. INCOMPARABILI. ET. EXEMPLIS. OMNIBUS. NOBILISSIME. DE. SE. MERITO. VIDVA. LIBERIQVE. SUPERSTITES. PERPETUO. MOERORI. DAMNATI.

P. C.

HAVE. LECTOR. ET. ABI. MORTALITATIS. TVÆ. ET. ÆTERNITATIS. MEMOR.

CAP. III,

Inſcriptiones Templi Parochialis ſive Oppidani.

MartiniPolichij Mellerſtadij,D.

ANNO. A. NAT. DOMINI. M. D. XIIII. VI. KAL. JANUARII. PRÆSTANTISSIMUS. DN. MARTINUS.

NUS. POLICHIUS. MELLERSTADIUS. ARTIUM. PHILOSOPHIÆ. MEDICARUMQVE. DOCTOR. SACRÆ. TEOLOGIÆ. MAGISTER. HUJUS. GYMNASII. RECTOR. PRIMUS. ET. PARENS. DIEM. EXTR. CLAUSIT.

In vicinâ tabulâ æneâ, in muro orientali, hæc leguntur.

HIc jacet extinctus, proh, Mellerſtadius ille
Martinus Pollich, gloria magna Virûm.
Philoſophus, Vates, Medicusqve, Theologus ille,
Proh jacet hic noſtræ Duxq; Parensq; Scholæ.
Qviqve Reformator, Vice Cancellarius, omnes
Suſtinuit caſus: ſpiritus aſtra ſubit.

Udalrici Erbar, D.

QVæ me cum multis genuit pia mater alumnis.
Hæc mihi nupta fuit, hæc mihi nata fuit.
Hæc peperit patri natam per vulnera mortem,
Qvi tulerat moriens nocte mucrone foro.
En hic Udalricus, ſi neſcis, Rector & idem
Philoſophus, Medicus condor in hoc tumulo.
ὁ τάφος Οὐδάλρικον ἔχει ἀρχηγὸν ἰατρὸν,
ὅυτος κηδεύομαι τραύματος ὁμιαυτοῦ:
Hic lapis Udalricon habet Medicumque Monarcham,
Conditur is duro vulnere diſcipuli.

In vicinâ priori tabulâ æneâ hoc Epitaphium legitur.

Laurea

Johannis Rhagij, D.

LAurea Germani viridans tibi Cæſaris una eſt,
Altera Romulei munere Pontificis.
Tertia ſacrificâ plexa eſt de Numinis arâ:
Cingunt docticomas Laurea ſerta comas,
Rhetoricen, Sophiam, Vatum monumenta profeſſus,
Annis viginti plusve minusve tribus.
Danubius, Rhenus teſtatur & Odera & Albis,
Spiraq; cum doctâ Seqvana Gallus aqvâ.
Jam ſexagenos compleſti vividus annos,
Nec ſcis qvo loculo qvave cubabis humo.
Sic tibi non cenſus, faſtus, poſſeſſio, fraudes,
Sed pax, libertas, gratia chara fuit.
Extra fortunam eſt carmen, qvo lamina corpus
Signat, ubi poſitum qvave tegatur humo.
Ut ſi qvem tanget pietas, miſeratio, caſus,
Ingemat & fati ſit memor ille fui.

Johannis Rhagij, Æſticampiani Luſani, Poëtæ Laur. & Theol. Doctoris Epitaphium hoc & ipſum laminæ aneæ in muro orientali ad ſiniſtram Altaris inſcriptum eſt.

DESIIT. VIVERE. PRIDIE. KAL. JUN.
ANNO. DOM. M. D. XX.

Caſparis Lindemanni, D.

ANNO. cIↃ IↃ XXXVI. MENSE. SEPTEMBR. DIE. SEXTA. EXEMPTUS. EST. REBUS. HUMANIS. CASPAR. LINDEMANNUS. MEDICINÆ. DOCTOR.

In laminâ aneâ non longè hæc leguntur:

HIc ſita Lindmanni ſunt frigida Caſparis oſſa,
Qvi Medicâ clarus Doctor in arte fuit.
Et qvoniam inſigni doctrinæ adjunxerat uſum,
Saxonici Medicum contigit eſſe Ducis.
Tantum ipſi perperere decus moresqve fidesqve,
Egregiâ qvantum laudis ab arte tulit.
Qvare perpetuum tali ratione favorem
Judicio meruit Principis ille boni.
Pectore non ficto Numen cœleſte colebat,
Te fontem medicæ, Chriſte, profeſſus opis.
Ergò animæ ipſius concedas, maxime Chriſte,
In gremio ut vivat non moritura tuo.

Laurentij Zochij, D.

PRoximus hic tumulus LaurentI continet oſſa,
Qvi veteri Zochâ ſtirpe creatus erat.
Juris erat Doctor, nec tantum curia vocem
Ipſius & ſolita eſt tota probare fidem:
Verum etiam caſti mores & juſta voluntas
Ipſius & pietas vera probata DEO eſt.
Luxerunt ipſum nati conjunxq; ſocerqve,
Qvi juris noſtro tempore lumen erat.
Qvi cognomen habet Schurffi, qvod laude perennī
Ornat doctrinæ juſtitiæq; ſuæ.
DECESSIT. ANNO. CIↃ IↃ XLVII. DIE. XXVII.
MENS. FEBRUAR.

Caſparis Crucigeri, D.

M. D. XLVIII. XVI. NOVEMBRIS. CASPAR. CRUCIGER. THEOLOGIÆ. DOCTOR. MAGNA. INGENII. PRÆSTANTIA. ORNATUS. LINGUARUM. MATHEMATUM. ET. UNIVERSÆ. PHILOSO-

LOSOPHIÆ. COGNITIONE. INSTRUCTUS. EX. HAC. MORTALI. VITA. PIE. DECESSIT. ÆTATIS. SVÆ. XLV.

Johannis Forſteri, D.

JOHANNES. FORSTERVS. S. THEOLOGIÆ. DOCTOR. ET. EBRÆÆ. LINGVÆ. PROFESSOR. IN. ACADEMIA. WITTEBERGENSI. IN. CHRISTI. INVOCATIONE. PLACIDE. MORTUUS. EST. ANNO. M. D. LVI. VIII. DECEMB.

Johannis Bugenhagi, D.

ANNO. DOMINI. M. D. LVIII. XX. DIE. APRILIS. ÆTATIS. SUÆ. ANNO. LXXIII. MORTUUS. EST. REVERENDUS. VIR. DOCTOR. JOHANNES. BUGENHAGIUS. POMERANUS. PASTOR. ECCLESIÆ. WITTEBERGENSIS. ANNOS. XXXVIII.

Oſſa ſub hoc tumulo Doctoris ſunt Pomerani
    Condita, ſed ſuperas incolit umbra domos.
Paſtor in hoc templo multos perfidus in annos,
    Eximiâ pavit ſedulitate gregem.
Bis duo luſtra ſuo Sol jam perfecit in orbe,
    Octoqve annorum præteriere dies:
Leucoream qvando hanc peregrinus venit in urbem,
    Arx qvæ naſcentis relligionis erat.
At nunc grandævus multo fractusqve labore
    Abſolvit vitæ fata ſuprema ſuæ.
Qando ſenex decies ſeptem & tres vixerat annos,
    Jamqve erat ingratum vivere, dulce mori.

Debita ſi capiti eſt unqvam reverentia cano,
Ille ſenex certè dignus honore fuit.
Non ſibi divitias, ſibi non qvæſivit honores,
Propoſitum, Chriſte, ut te celebraret erat.
Ore ſtiloqve tuum, Chriſte, illuſtravit honorem,
Detexit Satanæ Pontificumqve dolos.
Errorum tenebras qvoqve te ductore fugavit
Et Templis, cultus reſtituitqve tuos.
Magnaqve ut hoc fieret ſubiiſſe pericula vitæ
Illum Saxonici littoris ora probat.
Illud teſtatur patriæ, Pomerania, tellus,
Dania idem meminit rege beata ſuo.
In qva Evangelii naſcentis ſemina primùm
Non parvo ſparſit ſacra labore ſuo.
Qvanta animi integritas fuerit, probitasqve fidesqve,
Qvantum doctrinæ cum pietate decus;
Illius hoc ſemper poſt fata fatebitur ætas,
Si qvis adhuc candor poſteritatis erit.
Oderat ex animo cauſſantes jurgia lites,
Et ſemper pacis mens ſtudioſa fuit.
Ingenij lux recta fuit, verumqve colebat,
Pectore in ipſius non mica fraudis erat.
Juſtitiâ nulli, nulli pietate ſecundus,
Vitaqve non ullâ labe notata fuit.
Non læſit qvenqvam, non obtrectabat amicis,
Protulit ingenio ſcommata nulla ſuo.
Non illum tenuit dominandi ſæva cupido,
Gloria nec, ſtultis qvæ ſolet eſſe comes.
Vir ſapiens, gravis & doctus, caſtusqve piusqve,
In qvo candoris laus celebranda fuit.

Magna.

Magnanimus primùm Chriſto auxiliante Lutherus
Auſonij fregit vimqve dolumqve lupi.
Contulit hic mox ſe Doctor Pomeranus ad ipſum,
Ut citius cœptum proveheretur opus.
Lux Evangelii eſt terrarum ſparſa per orbem,
Sedulus ut doctos ſcripſit uterque libros.
Ceu David Jonathan fidum dilexit amicum,
Sic fuit hos inter non ſimulatus amor.
Sedibus æthereis vivunt nunc ambo recepti,
Præmia qvisqve ſuo & digna labore capit.

Melchioris Fendij, D.

MELCHIORI. FENDIO. VIRO. CLARISS. PHILOSOPHIÆ. ET. MEDICINÆ. DOCTORI. AC. PROFESSORI. EXIMIO. QVI. NATUS. IN. URBE. IMPERALI. RHETIÆ. INFERIORIS. NORLINGA. VENIT. IN. HANC. ACADEMIAM. ANNO. CHRISTI. M. D. XIII. ATQVE. IN. EA. DOCENDO. ET. MEDITANDO. GLORIAM. IMMORTALEM. CONSECUTUS. VITAM. IN. TERRIS. FINIIT. V. IDUS. NOVEMBR. AN. SALUTIS. NOSTRÆ. M. D. LXIV. COMPLETIS. ANNIS. VITÆ. OCTO. ET. SEPTUAGINTA. SOCERO. CHARISS. JOHANN. HERMANNUS. PHILOSOPHIÆ. ET. MEDICINÆ. DOCTOR. ET. PROFESSOR. GENER. INGENTIUM. BENEFICIORUM. MEMOR. QVIBUS. AB. EO. AFFECTUS. EST. HOC. MONUMENTUM. OBSERVANTIÆ. ERGA. BENE. MERITUM. ET. GRATITUD. SUÆ. TESTIF. CAUSA. P.

Johannis Draconitæ, D.

QVI vatum in folijs Chriſtum & velamine Moſis
Qværſijt, Iſacijs fontibus ora lavans,
Luce Draconites clarâ jam conſpicit ipſum
Plenius, è vivo ſacraqve fonte bibit.

PLACIDE. IN. CHRISTO. OBDORMIVIT. JOHANN. DRACONITES. S. THEOL. D. DIE. XVIII. APRILIS. ANNO. M. D.LXVI. EGRESSUS. LXXII. ÆTATIS. ANNUM.

Pauli Eberi, D.

D. PAULO. EBERO. PATRI. CHARISSIMO. QVI. OBIIT. IV. ID. DECEMBR. ANNO. M. D. LXIX. IV. QVADR. ANTE. HOR. X. PRAND. CUM. VIXISSET. ANNOS. LVIII. D. XXXII. WITEB. FUISSET. ANNOS. XXXVIII. ECCLESIÆ. HUJUS. PASTOR. ANNOS. X. LIBERI. MOESTI. P.

Σωμάτιον Παύλου σμικρὸν ἐνθάδε κεῖται Ἐβήρου,
ᾧ πόνὢ ἦν ποιεῖν χρηστὰ λέγειν τε βρότοις.
— jacet Pauli hic contractum corpus Eberi,
Qvi ſtuduit facere & dicere recta alijs.

Abdiæ Prætorij.

EPITAPHIUM. REVERENDI. ET. CLARISS. VIRI. DN. ABDIÆ. PRAETORII. SOLTQVELLENSIS. WITEBERGÆ. PIE. DEFUNCTI. IX. DIE. JANUARII. ANNO. M. D. LXXIII. ANNO. VERO. ÆTATIS. SUÆ. XLIX.

Qvo

QVo duce Francfurti qvondam præclara fuerunt
Cis Viadrum celebris docta lycea ſcholæ:
Ejus in hoc tumulo jam molliter oſſa qvieſcunt,
Mens ſubijt ſuperæ templa beata domus.
Scire cupis qvisnam fuerit Prætorius ille,
Cui vivo Abdiæ nomen & omen erat.
Pugnando veræ pro relligionis amore
Non metuit curas ſuſtinuiſſet graves.
Ingenio qvanto lingvas vulgaverit, hujus
Aurea teſtantur publica ſcripta viri.
Ergo volvetur donec vertigine cœlum,
Perpetuo illius fama ſuperſtes erit.

Caſpari Eberhardi, D.

CASPAR. EBERHARDI. SCHNEBERGENSIS. SACRÆ. THEOLOGIÆ. DOCTOR. ET. PROFESSOR. PASTOR. ECCLESIÆ. WITEEERGENSIS. VERBI. DIVINI. AC. LUTHERANÆ. DOCTRINAE. DEFENSOR. CONSTANTISSIMUS. OBIIT. XXI. OCTOBR. ANNO. M. D. LXXV. CUM. VIXISSET. ANNOS. LII. SCHOLAS. VERO. ET. ECCLESIAS. REXISSET. AN. XXX.

SAXonicas cum Dux regeret Fridericus habenas,
Vindice qvo cecidit fraus ſcelerata Papæ,
Natales hauſi niveis in montibus auras,
Et Chriſto in ſacro nomina fonte dedi,
In regnum ut ſubiit Janus, Confeſsio ſub qvo
Tradita Dive tibi Carole ſacra fuit:
Obtulit Aonidum caſtris me cura parentum,
E verbo agnovi ſalvificante Deum.

Tempore qvo invictus fidei conſtantibus auſis
Verus eras patriæ, Jan-Friderice, parens:
Pierio ingenioſa choro me turba cooptans,
Ingenio juſſit liberiore frui.
Inde ubi Mauritius terror Regumqve Ducumqve,
Imperii ferret ſceptra potente manu;
Nomen honorificum accepi titulumqve Magiſtri,
Tum poſita eſt capiti laurea prima meo.
Felices tandem cum pace ſuperſtite gentes
Auguſto exciperent aurea ſecla Duce.
Fructum etiam meritò pro mille laboribus hauſi,
Et fulſit noſtris purpura honeſta comis.
Hoc vivo moriorqve libens ſub vindice verbi
Salvifici: at Chriſto ſpes mea fixa Deo eſt.
Saxonicam æternum ſervent pia numina ſtirpem,
O Auguſte Deus te ſobolemqve tegat.

Viti Ortelij VVinsbemij, D.

DNS. VITUS. ORTEL. WINSHEMIUS. PATER MEDICÆ. ARTIS. DOCTOR. ET. GRÆCÆ. LINGUÆ. PROFESS. P. DE. HAC. ACADEMIA. OPT MERITUS. PIE. IN. CHRISTO. OBIIT. AN. DOMINI. M. D. LXX. III. NON. JANUARII.

Davidis Voiti, D.

VIR. REVERENDUS. ET. CLARISS. DN. DAVID VOITUS. SS. THEOLOG. DOCTOR. ET. PROFESSOR. PUBLICUS. ECCLESIÆ. WITTEBERGENSIS. PASTOR. ET. ELECT. SAXON. SUPERINTENDENS. IN. DOMINO. OBDORMIVIT

ANNO

ANNO. M. D. LXXXIX. DIE. XXVI. NOVEMBR. PAULO. ANTE. HORAM. IV. MATUTIN. CUM. AD. COMPLENDUM. ÆTATIS. ANNUM. LX. MENSES. DUO. DEESSENT.

Friderici Tilemanni, D.

Hæc Tilemannus habet vacui cava panda ſepulchri,
 Sed cava non unus * hæc Tilemannus habet.
Omnis & humani ſimul huic miracula ſenſus
 Ad latus exuvias depoſuere ſuas.
Naturæ Sophos & variæ pollentia linguæ,
 Et non exhauſta gurges in Hiſtoria.
Et legum ac jurum vigor aureus, osqve venuſtum,
 Qvod Charites digitis expoliere ſuis.
Et pietas, & priſca fides, & qvicqvid honeſtum,
 Heu qvam non magno funere qvanta jacent.
Hic lapis eſt durus, mors dura eſt, durus & ipſe es,
 Qvi potes hinc ſiccis lector abire genis.
OBIIT. ANNO. CHRISTI. M. D. IIC. DIE. IX. JUNII. CUM. VIXISSET. ANNOS. XXIX. MENSES. II.

Ægidij Hunnij, D.

ÆGIDII. HUNNII. S.S. THEOL. D. ET. IN. ACADEMIIS. MARPURG. PER. ANNOS. XVI. WITEB. XI. PROFESSORIS. ECCLESIÆ. HUJUS. PASTORIS. ET. IN. ELECT. SAXON. SUPERINTEND. CORPUS. SUB. HOC. TUMULO. SEPULTUM. EST. QVI. NATUS. AN. CHRISTI. M. D. L. DIE. XXI. DECEMBR. PIE. IN. DOMINO. AN. SALVATORIS. M. D. CIII. DIE. IV. APRILIS. OBDORMIVIT. CUM. VIXISSET. ANNOS. LII. MENSES. III. DIES. XIV.

Georgij Mylij, D.

HIC. SITUS. EST. GEORGIUS. MYLIUS. S. THEOLOG. D. ECCLESIARUM. ELECTOR. SAX. SUPERINTENDENS. GENERALIS. ET ACADEMIÆ. WITTEB. PROFESSOR. (QVONDAM. ETIAM. JENENSIS.) PRIMARIVS. AUTORITATE. CONSTANTIA. ZELO. PIETATIS. ELOQVENTIA. ADMIRABILIS. HOSTIUM. CHRISTIANÆ. RELIGIONIS. TERROR. MAGNI. LUTHERI. SPIRITU. ET. VERITATE. MAGNUS. DISCIPULUS. CUM. LVCTV. ET. DESIDERIO. BONORUM, OMNIVM. MORTALITATI. EREPTVS. ÆTATIS. SUÆ. AN. LIX. CHRISTIANO. M. DCVII. CUI. HÆREDES. HOC. QVICQVID. EST. E. SAXO. MONUMENTUM. P. C.

Friderici Balduini, D.

DEO. OPT. MAX. ET. ÆTERNÆ. MEMORIÆ. FRIDERICI. BALDUINI. SS. THEOL. D. ET. PROF. PUBL. UT. ET. ECCLESIÆ. HUJUS. ANTISTITIS. VIRI. VERE. APOSTOLICI, ET. NON. NISI. CUM. MAXIMIS. LAVDIBVS. NOMINANDI. USQVE. ADEO. IPSUM. ABSOLVTA. ERUDITIO. SVMMA. PIETAS. INUSITATA. VITÆ. INNOCENTIA, MORVMQVE. SVPRA. SECULI. CAPTVM. PROBITAS. ADMIRABILEM. OMNIBVS. FECERANT. ET. MAXIMORVM. THEOLOGORVM. GLORIÆ. ÆQVARANT. SOPHIA. BARWASSERA. FILIIQVE. SVPERSTITES. AMISSIONE. DESIDE-

SIDERATISSIMI. CONJVGIS. PATRIS. INDVLGENTISSIMI. BENE. MERITISSIMI. QVOTIDIANA. EJULATIONE. DAMNATI. S.P. NATVS. EST. DRESDÆ. ANNO. cIↄ Iↄ LXXV. D. XVII. NOVEMBR. OBIIT. WITEBERGÆ. A. cIↄ Iↄ C XXVII. D. I. MAII. QVUM. XII. ANNOS. THEOLOGIAM. IN. HAC. ACADEMIA. DOCUISSET. PVBLICE. XX. ANNOS. REXISSET. ECCLESIAM.

O mors qvantum Virum extinxiſti!
Sed bene habet,
Virtus Balduini immortalis eſt.

Lucæ Becmanni, D.

LVCÆ. BECMANNO. J. U. D. SERENISSIMI. ELECTORIS. SAXONIÆ. ET ALIORUM. S. IMPERII. PRINCIPVM. CONSILIARIO. PROFESSORI. PUBLICO. IN. HAC. ACADEMIA. ET. TAM. ECCLESIASTICI. QVAM. SECULARIS. CONSISTORII. ASSESSORI. QVI. NATVS. HAMBURGI. cIↄ Iↄ LXX. MENSE. DECEMB. WITEBERGÆ. CUM. PER. ANNOS. XXVI. JURISPRVDENTIÆ. STUDIA. DOCTRINA. PUBLICA. ILLUSTRASSET. NON. SINE. MULTORUM. DESIDERIO. ET. LACRIMIS. ANNO. cIↄ Iↄ CXXIV. D. VII. FEBR. OBIIT. HÆRED. HOC. MON.

P. C.

Pauli Röberi, D.

PAULUS. ROBERUS. S.S. THEOL. DOCT. ET. PRO-
FES. PVBL. NEC. NON. EJUSDEM. FACULT. SE-
NIOR. CONSISTORII. ECCLESIASTICI. ASSES-
SOR. PASTOR. WITTEBERGENSIS. ECCLESIÆ.
CÆTERARUMQVE. IN. TERRITORIO. ELECTO-
RALI. SUPERINTENDENS. GENERALIS. HIC. SI-
TUS. EST. QVI. PRO. UBERRIMI. INGENII. CA-
PACITATE. PRÆTER. DIVINARUM. LITERA-
RUM. SCIENTIAM. ERUDITARUM. LINGUA-
RVM. VARIETATEM. NON. MODO. SED.
OMNES. PROPEMODUM. LIBERALES. ARTES.
COMPLEXUS. ANIMO. POETÆ. MUSICI. MA-
THEMATICI. NEC. NON. HISTORICI. PHILO-
SOPHIQVE. LAUDES. ADÆQVARAT. NATUS.
EST. WURCENÆ. MISNIÆ. OPPIDO. AD. D.
VI. FEBRVARII. A. C. cIↄ Iↄ XXCVII. DECES-
SIT. WITTENBERGÆ. AD. D. XIIX. M. MARTII.
A. cIↄ IↄC LI. CUM. VIXISSET. ANNOS.
LXIV. ECCLESIIS. PRÆFUISSET. XXXVII.
IN. ACADEMIA. DOCUISSET. XXIV. PUBLICE.
PIETATE. MODESTIA. HUMANITATE. ET.
INNOCENTIA. MAXIME. CLARUS. MARIA
HAHNIA. ET. TRES. DE. SENIS. SUPERSTI-
TES. LIBERI. MARITO. PARENTIQVE,
OPTIMO. SANCTISSIMO. DESIDE-
RATISSIMO. CUM. INFINITIS,
LACRIMIS.

P. C.

In Ima-

In Imaginem Ejusd. propè hæc extant:

QVi legis hos vultus, Tarſenſem concipe Paulum,
Cumqve hoc divorum lumina cuncta Patrum:
Sic tibi ROBERUS, Fidei ſuccurret Imago,
Et pariter Vitæ regula juſta piæ.

Sanctæ memoriæ benè meritiſſimi
Præſulis
f.
Johan. Ericus Oſtermannus. P.P.

CAP. IV.

Inſcriptiones in Cœmeterio templi Parochialis ſive Oppidani notabiliores.

Auguſtini Schurffij.

HIc Auguſtini conduntur frigida membra,
Cognomen SchurffI nobile cujus erat.
Qvi Medicus multis aliis præſtantior unus,
Ingenio pollens, arte, fideqve fuit.
Pectus erat ſapiens & publica commoda curans,
Multum igitur toti profuit ipſe ſcholæ.
Et qvia cognovit cœleſtia munera Chriſti,
Juſtificâ coluit te Deus alme fide.
Corpore at hic poſito, qvod ſpe votiſqve petebat,
In cœlo fruitur mens bonitate Dei.
DECESSIT. ANNO. M. D. XLVIII.
DIE. IX. MAII.

Antonii VValtheri.

WAltherus tumulo ſitus eſt Antonius iſto,
Editus ad ripas, clare Moſella, tuas.

Eximias hujus dotes en candide lector,
Deſcriptas ſtudio ſimplicitatis habes.
Ingenium, pietas, caſtæqve modeſtia vitæ,
Copia doctrinæ maxima, pacis amor,
Virtutes nativæ illi fucoqve carentes,
Et decus & vitæ norma fuere viro.
Artibus ingenuis teneramqve amando juventam
Traduxit ſpacium temporis omne ſui.
Teqve Dei Gnatum conſtanti voce profeſſus,
Serviit in cœtu, maxime Chriſte, tuo.
Nunc mens juncta Deo cæli lætatur honore,
Oſſa cubant ſummo vivificanda die.

DECESSIT. EX. HAC. VITA. ANTONIUS. WALTHERUS. GRÆCÆ. ET. LATINÆ. LINGUÆ. IN. ACADEMIA. VVITEBERG. PROFESSOR. ANNO. M. D. LVII. DIE. XIII. MENSIS. JANUARII.

Jacobi Milichii, D.

ANNO. M. D. LIX. DIE. X. NOVEMBR. DECESSIT. VIR. CL. JACOBUS. MILICHIUS. DOCTOR. ARTIS. MEDICÆ. ERUDITIONE. ET. VIRTUTE. EXCELLENS. CUJUS. LABORES. STUDIIS. DOCTRINARUM. PROFUERUNT. UT. ET. SCRIPTA. EJUS. OSTENDUNT.

Martini Lutheri, Martini F.

HAc Martinus humo dormit poſt fata Lutherus,
Cui Pater Helias tertius ille fuit.
Nomen idem cum patre, eadem cum patre manebat
Nixa fides meritis, maxime Chriſte, tuis.

Isqve

Isqve Heilingero natam de Conſule ducens
Annam legitimo junxit amore ſibi.
Hinc celebrem laudem laudata â virgine duxit,
Mens erat his eadem, par amor, una fides.
Nil ſtabile eſt terris, vix qvinqve peregerat annos,
Mors rupit grati vincula conjugij.
Sed nunc arce poli vivit, terrisqve morante
Pro ſocero & charâ conjuge vota facit.
Lætaturqve die qvo reddita corpora vitæ
Convenient Chriſti judicis ante thronum,
Æternumqve Dei vultu & ſermone fruentur,
Splendida luce novâ juſtitiâqve Dei.
OBIIT. ANNO. CHRISTI. M.D.LXV. DIE. III. MARTII.

Michaelis Teuberi, D.

EPITAPHIUM. CLARISSIMI. VIRI. MICHAELIS. TEUBERI. JC. CELEBERRIMI. PIE. DEFUNCTI. XV. SEPTEMBR. ANNO.M.D.XXCVI.

ANte dies ſeptem decies heu morte ſolutæ
Hic prope Teuberus conjugis oſſa cubat.
Juſtitiâ clarius, nulli pietate ſecundus,
Doctior haut qvisqvam jure in utroqve fuit.
Nec tamen hunc pietas, Themis aut doctrina valebat
Morte levare, licet vivere dignus erat.
Sed poſt ſex decies agitur dum tertius annos,
Morte datur vitâ nunc meliore frui.
Nempe mori didicit vitæ dum fila trahebat;
Ergo qvisqvis amas vivere, diſce mori.

Johannis

Johannis Matthæi, D.

REVERENDI. VIRI. JOHANNIS. MATTHÆI. SMALCALDENSIS. D. THEOLOGIÆ. ET. TANDEM. POST. VARIA. EXILIA. IN. HAC. ACADEMIA. S.S. LITERARUM. PROFESSORIS. FIDELISSIMI. A. S. M. D. XIIC. SEPTEMB. XVIII. PIE. DEFUNCTI. MAGNO. CUM. STUDIOSÆ. JUVENTUTIS. MOERORE. ELATUM. CORPUS. BEATAM. RESURRECTIONEM. HIC. EXPECTAT.

Munde neges ſedem, tamen hæc mihi tumba qvietem
Non negat, aut cœlum gaudia: munde vale.

Valentini Gvilielmi Forſteri, D.

VALENTINO. GVILIELMO. FORSTERO. J. U. D. ET. PROFESS. PUBL. VALENTINUS. ANNAMARGARITA. WIHELMUS. CAROLUS. FRIDERICUS. LIBERI. PATRI. OPTIMO. DESIDERATISSIMO. MOERENTES. POS. VIXIT. ANNOS. XLVI. PUBLICE. DOCUIT. AN. XIII. OBIIT. IV. KALEND. NOVEMBR. ANNO. A. CHRISTO NATO. cIↃ IↃ CXX. PIETATE. VIRTUTE. INGENIO. ET. EDITIS. LUCUBRATIONIBUS. SUPERSTES.

Laurentij Fabricij.

LAURENTIUS. FABRICIUS. DANTISCANUS. EBRÆÆ. ET. ALIARUM. ORIENTALIUM. LINGUARUM. WITEBERGÆ. ANNOS. XXXVI PROF. CELEBERRIMUS. BIS. FASCIBUS. HUJUS ACADEMIÆ. POTITUS. DECANATU. PHILOSOPHICO

SOPHICO. SEXIES. DEFUNCTUS. FACULTATIS. EJUSDEM. IMO. ET. TOTIVS. ACADEMIÆ. SENIOR. GRAVISSIMUS. ANNO. ÆTATIS. LXXV. PIE. EX. HAC. VITA. EGRESSUS. AD. DIEM. XXVIII. APRILIS. ANNI. cIↄ Iↄ. CXXIX. SVB. HOC. TUMULO. GLORIOSVM. CHRISTI. ADVENTUM. EXPECTAT.

Ambroſij Rhodij, D.

VIR. CLARISS. ET. EXCELLENTISS. AMBROSIUS. RHODIUS. KEMBERGENSIS. MED. DOCT. ET. MATHEM. SUPER. WITEBERGÆ. PROFESSOR. CELEBERR. MAGNI. ILLIUS. TYCHONIS. BRAHEI. DISCIPULUS. ΓΝΗΣΙΟΣ. FASCIBUS. HUJUS. ACADEMIÆ. WITEB. BIS. ORDINARIE. BIS. VICARIO. POSITIS. DECANATU. PHILOSOPHICO. SEXIES. DEFUNCTVS. AQVILICIIS. ET. GEODÆTICIS. DE. HAC. URBE. ET. VICINIA. OPTIME. MERITUS. ANNO. ÆTATIS. LVII. INCHOATI. DIE. VI. XXIV. AUGUSTI. ANNO. M. DC. XXXIII. BEATE. OBIIT. ET. SUB. HOC. MARMORE. GLORIOSVM. ADVENTUM. CHRISTI. EXPECTAT.

Godofredi Reuteri, D.

DEO. OPT. MAX. SACR. ET. MEMORIÆ. GODOFREDI. REUTERI. JC. ET. ANTECESSORIS. IN. ACAD. WITEB. IN. QVA. DE. JURE. INTER. ASSESSORES. AMPLISSIMI. ORDINIS. RESPONDIT. AN-

 NOS.

NOS. XVII. PROFESSOR. ORDINARIUS. PUBLICE. DOCUIT, ANNOS. X. ET. TOTIDEM. SERENISSIMÆ. ELECTRICI. IN. LICHTENBURG. ET. ILLUSTRISS. ANHALDINÆ. PRINCIPIS. IN. COSWIG. VIDUIS. A. CONSILIIS. FUIT. NON. SINE. MAGNA. INNOCENTIÆ. INTEGRITATIS. DOCTRINÆ. FIDEI. ET. PRUDENTIÆ. LAUDE. NATUS EST. BITTERFELDÆ. DIE. XIV. AUGUSTI. AN. cIↄ Iↄ LXXXV. OBIIT. WITEBERGÆ. DIE. XXVII. MENSIS. JUNII. AN. cIↄ Iↄ CXXXIIII. CUM. JAM. TRES. INTEGROS. MENSES. DECUBUISSET. POST. VII. LIBEROS. QVOS. GENUIT. INSIGNE. PIETATIS. PROBITATIS. CANDORISQVE. EXEMPLUM. OMNIBUS. RELINQVENS. CONJUNX. M. P.

D. O. M. S.

HIC. ORDO. RERUM. EST. NASCIMUR. ET. DENASCIMVR. FLOREMUS. INTERIMUS. UT. FATUM. TULIT. NEC. ÆVITERNUM. EST. QVICQVID. EXORTUM. SEMEL. QVA. PRÆREPTUS. LEGE. HIC. SIBI. INVENIT. QVIETEM. ANTONIUS. CROESIUS. MEDICINÆ. DOCTOR. ET. PROFESS. PUBLICUS. QVI. NATUS. EST. DRESDÆ. PATRE. CONSULARI. A. C. cIↄ Iↄ. XXCIII. D. XV. OCTOBR. OBIIT. D. V. EJUSDEM. MENSIS. A. cIↄ Iↄ C XXXVII. MAGNO. TOTIVS. CIVITATIS. DESIDERIO, AC. LUCTU. CUM. EXERCENDA. QVAM. FELICISSIME. ARTE. SUA. MAGNAM. LAUDEM. AC. FAMAM. COMPARASSET. SIBI. ET. ORDINES. OMNES. PRÆTEREA.

REA. SINGULARI. CANDORE. MODESTIA. PROBITATE. AD. AMOREM. BENEVOLENTIAM, ET. SUI. STUDIUM. TVM. INVITASSET. MIRIFICE. TUM. FIRMITER. SIBI. OBSTRINXISSET. ELISABETHA. LORCIA, OPTIME. MERITO. DESIDERATISSIMO. CONJUGI. PLENA. MOERORE. ET. LACRIMIS. P. C.

Michaelis Schneideri:

SISTE. VIATOR. ET. QVID. TE. LITERARUM. HOC. SAXUM. VELIT. ACCIPE. SITUS. HIC. EST. MICHAEL. SCHNEIDERVS. PHILOS. ET. LIB. ART. MAG. NEC. NON. PHILOS. PRACT. P. P. QVI. EX. HAC. NOSTRA. ET. POST. JENENSI. ACADEMIA. PROFECTUS. LOCVPLETANDÆ. ERVDITIONIS. CAVSSA. INFERIOREM. GERMANIAM. BELGIVM. BRITANNIASQVE. AC. GALLIAS. PERAGRASSET. ATQVE. DOCTISSIMIS. QVIBVSQVE. INIBI. AC. CELEBERRIMIS. VIRIS. NON. PERFUNCTORIE. INNOTUISSET. JAMQVE. REVERSUS. DOMUM. IX. LINGUARUM. PERITUS. EX. QVIBUS. EBRÆA. ET. ORIENTALES. RELIQVÆ. CUM. LATINA. ET. GRÆCA. NOMINANDÆ. PRÆCIPUE. SVNT. AD. SVMMVM. IN. THEOLOGIA. GRADVM. ASPIRASSET. LENTO. ATQVE. ATROCI. MORBO. CORREPTVS. TANDEMQVE. INTER. IPSA. INITIA. PROFESSORIÆ. DIGNITATIS. CUM. PAULLO. ANTE DECANATU. COLLEGII. QVEM. ADJUNCTUS. ADHUC. ACCEPERAT. DECESSISSET. CONFECTUS. EXTINCTUSQVE. MAGNO. LITERARUM. MALO. EST. INGENS. AC. ACERBISSIMUM. SUI. DESIDE-

 RIUM.

RIUM. MULTIS. RELINQVENS. MICHAEL. SCHNEIDERUS. PRÆFECTURÆ. WITTEBERGENSIS. QVÆSTOR. DESIDERATISSIMO. FILIO. ET. IN. QVO. PLUSQVAM. FILIUM. LEVAMENTUM. CERTE. ET. PRÆSTANTISSIMUM. SOLATIUM. INGRAVESCENTIS. ÆTATIS. AMISIT. TURBATO. NATURÆ. ORDINE. MOERENS. P. C. NATUS. EST. BETTERFELDÆ. D. XX. SEPTEMBR. ANNO. cIↄ Iↄ C XII. OBIIT. DIE. XIIX. APRIL. A. cIↄ Iↄ C XXXIX. CUM. VIXISSET. ANN. XXVI. MENS. VII.

S. T. T. L.

Cornelij Crullij, D.

HIC. SITUS. EST. CORNELIUS. CRULLIUS. JCTUS. ET. ANTECESSOR. QVEM. EXQVISITAM. OB. ERUDITIONEM. PROBITATEM. PRVDENTIAM. ALIASQVE. PRÆCLARAS. VIRTVTES. UT. BONI. QVIQVE. AC. DOCTI. VIVENTEM. AMARVNT. SINGULARITER. ITA. NVNC. PROPERATA. EREPTUM. MORTE. ACERBE. AC. VEHEMENTER. LVGENT. AC. DOLENT. NATUS. EST. QVEDLINBVRGI. D. XXIII. DECEMBR. A. C. cIↄ Iↄ CI. OBIIT. DRESDÆ. IN. ITINERE. D. XVIII. SEPTEMBR. A. cIↄ Iↄ CXLI. NONDVM. QVADRAGENARIUS. ET. DEPORTATVS. DOMVM. HIC. CONDITUS. SEPVLTVSQVE. EST. CVM. ANNVM. I. MENS. IV. ET. DOCVISSET. PVBLICE. JVS. ET. IN. ELECTORALI. CVRIA. ECCLESIASTICO. CONSISTORIO. AC. SCABINATU. DEFINIENDIS. DISCEPTANTIVM. CONTROVERSIIS. ASSEDISSET. VITUS. OTTHO. ET. MARGARETHA. ELISABETHA.

SABTHA. PARVI. ET. ORPHANI. ATQVE. HOC. INFELICES. MAGIS. PATRI. OPTIMO. DESIDERATISSIMO. CVRANTE. MATERNA. AVIA.

P. C.

Frideriici Prætorij, D.

HIC. SITVS. EST. FRIDERICUS. PRÆTORIUS, JCTUS. IN. CUJUS. FUNERE. SI. PER. NATURAM. RERUM. LICERET. PIETATEM. JUSTITIAM. INNOCENTIAM. PROPRIAS. EJUS. VIRTVTES. UBERTIM. FLEVISSE. VERO. SIMILE. SIT. NATUS. EST. GRABOVIÆ. MECHALBVRGICÆ. DITIONIS. D. XXV. JANUARII. AN. CHRISTI. cIↃ IↃ XCIV. OBIIT. WITTENBERGÆ. D. IV. FEBRUARII. ANNO. CHRISTI. cIↃ IↃ CXLII. CUM. VIXISSET. ANNOS. XLIIX. VI. AMPLISSIMO. CANCELLARIATUS. MUNERE. IN. QVEDLINBURGENSI. AVLA. ESSET. DEFUNCTVS. ATQVE. EX. EO. HUC. REVOCATUS. CIVILE. JUS. DOCVISSET. PVBLICE. MENS. IV. ET. DE. EODEM. IN. SCABINATU. ET. DICASTERIO. ELECTORALI. RESPONDISSET. SVMMAM. PRVDENTIÆ. SOLERTIÆQVE. ET. PROBITATIS. LAUDEM. POST. SE. RELINQVENS. CHRISTINA. SELFISCHIA. DENUO. VIDVA. ET. ACERBISSIMO. ORBITATIS. MALO. INFELIX. MARITO. OPTIMO. DESIDERATISSIMO. LUGENS. MOERENSQVE.

P. C.

Chriſto-

Chriſtophori VVackÿ, D.

CHRISTO. SERVATORI· MEMORIÆQVE. PERPETUÆ. CHRISTOPHORI. WACKII. J. C. QVI. EX. ADVOCATO. CURIÆ. ELECTORALIS. ET. FACULTATIS. JURIDICÆ. ASSESSORE. ANHALTINÆ. PRINCIPIS. VIDUÆ. CONSILIARIUS. ET DEMUM. PROFESS. PUBL. NULLIS. NON. BONI. ET. VIRI. ET. CONSULTORIS. ET. PROFESSORIS. PARTIBUS. FUNCTUS. EGREGIE. INGENII. DOCTRINÆ. PRUDENTIÆ. JUDICIIQVE. AC. INTEGRITATIS. NON. EXIGUAM. LAUDEM. POST. SE. RELIQVIT. NATUS. EST. NUMBURGI. A. C. cIↄ Iↄ XCVI. OBIIT. COSWIGÆ. ANHALTINORVM. IN. IPSA. ARCE. PRINCIPALI. FORTI. APOPLEXIA. PAUCIS. HORIS. EXTINCTUS. CVM. MUNUS. CONSILIARII. XIV. PROFESSORIS. VII. ADMINISTRASSET. IN. UNIVERSUM.. AUTEM. LIII. ANNOS. EGISSET. VIVENS. HEU. MIHI. QVAM. PROPERO. TURBINE. VITAM. HOMINUM. VERSANT. FATA. RAPACIA. QVAM. CITO. QVÆ. STETERANT. PRÆCIPITATA. RUUNT. INTERIM. MORS. VITA. EST. MORTUO. CHRISTO. MARTHA. HELLERIA. INCOMPARABILI. CONJUGI. NEC. OCULIS. TANTUM. SED. IPSA. VITA. DVLCIORI. NON. SINE. INGENTIBUS. LACRIMIS. ET. INCREDIBILI. DESIDERIO. QVAM.

CELE-

CELERRIME. AD. EUM. PERVENIENDI. P.
VICTURA. CUM. EO. SED. LACRIMARUM.
EXPERS. GAUDIA. PERPETUA.

CHRISTO. SACRVM. ET. IMMORTALI. MEMORIÆ. CHRISTIANI. TAUBMANNI. JCTI. PROFESSORIS. ACADEMICI. PUBLICI. FACULTATIS. JURIDICÆ. SCABINATVS. ELECTORALIS. QVÆ. EST. ET. PROVINCIALIS. CURIÆ. LUSATIÆ. INFERIORIS. ADSESSORIS. QVEM. VIRUM. QVOD. CVM. INTEGRITATE. VITÆ. CONSVMMATAM. JVRIS. ET. RERVM. PVLCHERRIMARUM. OMNIUM. SCIENTIAM. CONJVNXERAT. DOCTIOR. ORBIS. QVA. PATET. MAXIME. TAUBMANNI. NOMINIS. PATERNÆQVE. GLORIÆ. HÆREDEM. LEGITIMUM. VENERATUR. EOQVE. QVOD. CUM. IN. ILLO. IN. TANTUM. FASTIGIUM. EVECTA. CUM. EODEM. TAUBMANNA. GENS. OCCIDIT. VERIS. LACRIMIS. LUGET. MOESTA. ET. TENERÆ. ÆTATIS. FILIOLA. UNICE. SUPERSTES. CHRISTINA. ELISABETHA. PATRI. SEMPER. BENIGNO. SEMPER. OPTIMO. HOC. PIETATIS. MONUMENTUM.

P. C.

NATUS. WITTEBERGÆ. EST. XXVII. SEPTEMBR. A. cIↄ Iↄ XCVII. SUPREMUM. OBIIT. INTEMPESTA. NOCTE. XXIIX. NOVEMBR. cIↄ Iↄ C LI.

CAP.

CAP. V. & Ult.

Inſcriptiones in Cœmeterio ſuburbano ante portam Elyſtr. legi digna.

Laurentii Rhodomanni.

LAURENTIUS. RHODOMANNUS. CHERUSCUS. PROFESSOR. HISTOR. PUBL. QVI. CVM. MEMORIAM. NOMINIS. SUI. PRÆSTANTISSIMIS. GRÆCARUM. LITERARUM. MONUMENTIS. INSCRIPTAM. ORBI. EUROPÆO. VIVUS. SUSPENDISSET. PERFUNCTUS. HOC. TANTILUM. LOCI. INVENIT. UBI. CORPORIS. RELIQVIAS. CONDERET. PRID. EID. JAN. ANNO. CHRISTI. cIↄ Iↄ CVI. AD. LATUS. MARITÆ. ADELHEIDIS. FOEMINÆ. PRÆSTANTISSIMÆ.

Friderici Taubmanni

FRIDERICO. TAUBMANNO. WONSESATI. FRANCO. VIRO. PIETATIS. ZELO. PUBLICE. NOTISSIMO. LITERARUM. GRÆCARUM. ET. LATINARUM. VINDICI. ACERRIMO. BARBARIEI. EXTIRPATORI. FELICISSIMO. EUROPÆ. TOTIUS. LUMINI. SPLENDIDISSIMO. POETÆ. INCOMPARABILI. ET. HUMANITATIS. IN. CELEBERRIMA. WITEBERGENSIVM. ACADEMIA. PROFESSORI. CLARISSIMO. MARITO. ET. PATRI. DESIDERATISSIMO. AN. CHRISTIANO. cIↄ Iↄ C XIII. DIE. XXIV. MARTII. ÆTATIS. XLVIII. PIE. IN. CHRISTO. DEFUNCTO. MONUMENTUM. HOC. VIDUA. ET. LIBERI. MOESTISSIMI. AFFECTU. PIO. ET. GRATO. P.C.

Adami

Adami Theodori Siberi.

CHRISTO. SACRUM. TUMULUS. ADAMI. THEODORI. ADAMI. SIBERI, F. PROFESSORIS. ELOQVENTIÆ. ROMANÆ. ANNO. cIↄ Iↄ. CXV.

Georgij Schultzij, D.

SUB. HOC. MONUMENTO. QVIESCIT. VIR. CLARISSIMUS. ATQVE. EXCELLENTISS. DN. GEORGIUS. SCHULTZIUS. LEORINUS. SILESIUS. U. J. D. FACULTATIS. JURIDICÆ. ASSESSOR. CURIÆ. PROVINCIALIS. ELECTORATUS. SAXON. ADVOCATUS. ET. PRACTICUS. NEC. NON. ILLUSTRISS. ET. GENEROSISSIMORUM. COMITUM. BARBIENSIUM. QVONDAM. CANCELLARIUS. ET. CONSILIARIUS. QVI. NATUS. EST. LEOBERGÆ. IN. SILESIA. ANNO A. NATO. CHRISTO. M. D. XCIX. D. II. SEPTEMBR. MORTUUS. VERO. D. V. OCTOBR. WITEB. AN. M. DC. XXXIV.

Johannis Georgij Pelshöferi, D.

HIC. ORDO. PERSTAT. QVICQVID. EDITUM. EST. SEMEL. MORTALITATIS. CONTINETUR. LEGIBUS. NIHIL. FUTURUM. VIX. QVOD. ESSE. COEPERAT. INDE. HIC. SITVS. EST. JOHANNES. GEORGIUS. PELSHOFERUS. QVEM. ERUDITIO. EXCELLENS. ET. RARUS. CANDOR. IN. ACADEMIÆ. HUJUS. CLARISSIMÆ. LUCEM. EVEXERVNT. UT. INTER. PATRES. AC. PROFESSORES. COETEROS. MEDICINAM. DOCERET. PVBLICE. EXERCERETQVE. QVO. MUNERE. FVNCTVS. IPSOS. X. ANNOS. INDVSTRIA.

AC. DEXTERITATE. SUMMA. ET. SIBI. NON. PARUM. NOMINIS. AC. FAMÆ. ET. LOCO. QVEM. TUITUS. HAUD. VULGARE. DECVS. COMPARAVIT. NATVS. EST. GRÆZII. IN. STYRIA. A. cIↄ Iↄ XCIX. OBIIT. WITTENBERGÆ. D. XI. JULII. A. cIↄ Iↄ C XXXVII. ANNA. WEKERA. MARITO. DESIDERATISSIMO. ET. INCOMPARABILI. MOERENS. POSUIT.

Arnoldi Stillij, D.

D.O.M.S. HUMANA. CUNCTA. FUMUS. UMBRA. VANITAS. ET. SCENÆ. IMAGO. ET. VERBO. UT. ABSOLVAM, NIHIL. HIC. SITUS. EST. ARNOLDVS. STILL. J. U. D. QVI. CVM. EGREGIAM. DOCTRINAM. ACQVISIVERIT. SIBI. FACTVM. EST. UT. OB. ANIMI. DEXTERITATEM. IN. ORDINEM. ADVOCATORUM. CURIÆ. ELECTORALIS. SAXONICÆ. AC. COLLEGIUM. ASSESSORUM. FACULTATIS. JURIDICÆ. WITEBERGENSIS. FUERIT. ALLECTUS. NATUS. IS. EST. HANOVERÆ. BRUNSVIGORUM. AN. M. DC. VIII. DIE. II. FESTI. PENTECOSTES. PRÆMATURE. DENATUS. WITTEBERGÆ. D. VI. SEPTEMBR. AN. M. DC. XXXVII. NOMINE. AC. FAMA. SPIRANS. PERPETUO. CUI. MONUMENTUM. HOC. IPSIUS. VIDUA. ANNA. DOROTHEA. REUSNERIA. CUM. FILIOLA. EX. DUABUS. UNICA. SUPERSTITE. ANIMI. MOERORE. PLENA. AC. PERTURBATIONE. POSUIT. UT. IPSA. SOLATII. INITIUM. TU. AUTEM. VIATOR. MORTALITATIS. HABERES. SPECULUM. DEFUNCTIQVE. FAVERES. CINERIBUS.

Liber II. explicit.

APPEN-

APPENDIX.

AUCTORIS Edita alia qvædam qvaliacunq; hactenus: Edendaq; cum DEO, propediem.

Edita:

Meditationum de bene vivendi beateq; moriendi ratione B. Parentis Verſio Germanica: An. 1636.

Tabulæ in partem Grammat. Ebr. gen. Martini Troſtl, nec non totam Arabicam Thomæ Erpenij: ann. 1637.

Martini Troſtl Grammatica Ebræa, eademq; Univerſalis, recognita & locupletata, &c. an. 1643. Edita ſecundùm: 1653. Cui accesſit Appendix, ſub titulo: Hypotypoſis harmonica Linguar. Orient. Chaldææ, Syræ Arabicæq; cum matre Ebræâ.

Diatriba de divino nomine Elohim, in puncto Controverſiæ de S. S. Trinitate &c. contrà Judæos, Photinianos, Pontificios, Calvinianos, & novatores nonnullos: anno 1645. Edita ſecundùm, anno 1650.

Aſſenſus de Traduce, qvæ eſt, ſententiæ datus, oppoſitusq; cuidam Traducianorum, qvos vocat, hoſti: an. 1648.

Chriſtianus non-Chriſtianus: deſcriptus dictusq; publicè in abdicatione Rectoratûs Academici: 1648.

Chaldaiſmus & Syriaſmus, h. e. Præcepta utriusqve Lingvæ, in harmoniâ ad Ebræa, ſuperiora: accesſit Lexici utriusq; Lingvæ Compendium: an. 1651.

I. Epiſtola D. Johannis Catholica Syriacè, cum Verſione Latinâ, &c. 1652.

Manualis Concordantiarum Ebræo-Biblicarum Cl. Joh. Buxtorfi Prodromus: anno 1653.

Beatus Homo: ſivè Notæ in Pſalmum primum, maximè Philologicæ,&c. anno 1654.

Diſſertatio de Cabbalâ, maximè Ebræorum: unà cum Appendice de Hieroglyphico Sinaico Kircheriano: 1655.

Athenæ; Itemqve Inſcriptiones Wittebergenſes hac vice editæ: Libri II. anno 1655.

Edenda.

Arabismus: h.e. Præcepta Lingvæ Arabicæ, in harmoniâ ad Ebræa, Chaldæa, Syraq; , ſuperiora: unà cum Compendio Lexici Arabici.

In Pſalmos pœnitentiales, qvi vocantur vulgò, VII. Notæ breviuſculæ philologicæ.

In Pſalmos Graduum, qvi vocantur, XV. Notæ breviuſculæ philologicæ.

Canonum Philologicorum Centuria, de Idiotismis Linguar. Orient. Ebrææ, & ex parte Chaldææ, Syræ Arabicæq;.

Jephtæ Filia non-immolata; Exercitatio in Judic. Cap. XI.

Manuale Concordantiarum Ebræo-Biblicarum CL. Johannis Buxtorfi.

Bibliotheca Orientalis: ſive Idea pleni Syſtematis Lingg. Orient. Ebrææ, Chaldææ, Syræ, Arabicæ, &c.

Symboli Apoſtolici Exegeſis brevis & ſuccincta Scholaſtico Theologica.

INDEX
LIBRI I. ATHENARUM.

A.

Academia Wittebergenſis :
Fundator primus. pag. 14. 30. 119.
Occaſio. pag. 15.
Dignitas. p. 9. 22.
Inauguratio. p. 37.
Dij tutelares qvondam. p. 47.
Rector primus. p. 14. 16. 37. ſeq.
Cancellarius primus. p. 38.
Decani primi. p. 38. ſeq.
Profeſſores primi. p. 38. ſeq.
Inſcripti primi. p. 38. ſeqq.
Forma regiminis. p. 40. ſeqq.
Senatus Academ. ibid. & p. 47.
Rector. p. 40. ſeq.
ProCancellarius. p. 41.
Reformatores generales. p. 41. 47.
Decani. p. 41.
Seniores. p. 41.
Profeſſores Ordinar. p. 41. ſeq.
extraord. p. 42.
Aſſeſſores ſeu Adjuncti facult. p. 44.
Doctores, Licentiati, Magiſtri. p. 44.
Studioſi. p. 45.
Collegia. p. 7. 8. 18. 35.
Auditoria. p. 8.

190.
Lectiones. p. 42. ſeq.
Diſputationes. p. 43.
Examina Candid. p. 45.
Promotiones. p. 45. ſeq. 47. ſeq.
Leges Academ. p. 46. ſeqq. 49. ſeqq.
Jurament. Studioſ. p. 54.
Fiſcus Acad. p. 47. 55.
Pagi Acad. p. 55.
Jubileus annus. p. 19.
Academia tranſlata aliorſum. p. 57. 60. 61. 63. 119. 120. ſeq.
Academia Lipſienſis fund. p. 123.
Albertus I. El. Sax. p. 11. 28. 123.
Albertus II. El. Sax. Ibid. 123.
Albertus III. El. Sax. p. 30. 123.
Albertus, magnan. Dux Sax. p. 124.
Albertus Durerus, pictor. p. 106. ſeq.
Alexander VI. Pontifex: p. 23. 37.
Altare Templi ad arcem. p. 103. ſeq.
Altare Templi oppidani. p. 106.
S. Antonÿ ædes: p. 8. 11.
Apollinis mons. p. 2. 4.
fanum p. 2. 11.
Argelia Ptolomæi. p. 5.
Arx Witteberg. p. 6. 117. ſeq.
Auguſtus, Elect. Sax. p. 18. 26. 33. 35. 69. 121. 124.

B.

Bernhardus Anhalt. El. Sax. p. 3. 28. 117. ſeq. 123.
Bulla R. Pontif. Julÿ. p. 23.

C.

Calegia Ptolomæi. p. 4. ſeq. 117.

Caro-

Carolus Magn. p. 3.
Carolus I. p. 5. 10. 12. 13. 17. 31. 32. 33. 104. 115. 121.
Carolſtadij turba. p. 13. 119.
Catalogus Rectorum A. W. p. 55. *ſeqq.*
Inſcriptorum. Ibid.
Decanor. Coll. Philoſoph. p. 80. *ſeqq.*
Profeſſor. Philoſoph. p. 92. *ſeq.*
Ceti ſpinæ duæ. p. 107.
Chriſtianus I. Elect. Sax. p. 19. 70. 122. 124.
Chriſtianus II. El. Sax. p. 19. 73. 122. 124.
Cœnobium Auguſtinian. p. 8. 18. 34. *ſeq.* 121.
Franciſcanor. p. 7. 11.
Collegia Acad: Auguſti. p. 8. 18. 35. 121.
Friderici. p. 8. 119.
J. Conſult. p. 7.
Concordiæ Liber. p. 18.
Confeſſio Auguſtana p. 17. 31. 120.
Confirmatio Acad. p. 22. 23.
Conſervatoria duo. p. 24. 26.
Conſiſtor. Acad. & Eccleſ. p. 8. 9.
Cornu ingens. p. 106.
Corporis Chriſti forma & longitudo p. 106.
Coſta prægrandis. p. 106.

D.

Decanorum Coll. Fac. Phil. catalogus. p. 80. *ſeqq.*
Dij tutelares quondam Academ. p. 47.
Diſputationes Acad. p. 43.

E.

Eccleſia Collegiata Witeb. p. 23. *ſeq.*
aliæ quædam. p. 23. *ſeq.*
Electores è famil. Anhaltin. p. 28. *ſeq.*
è famil. Landgr. Thur. &c. p. 30.

Elector. Sax. Imagines. p.20. ſeq.
Elevatio Poli Witteb. p. 4. 27.
Elyſter fluv. p. 4.
Erneſtus, Elect. Sax. p. 124.
Examina Candidator. p. 45.

F.

Facultates Studior. IV. p. 41.
Fanum Apollinis. p. 2. 11.
Ferdinandus I. Imper. p. 33.
Der Flemming. *p. 3.*
Fœdus Ducum Sax. Marchionum Brandeb. &c. p. 33.
Forma Reipubl. Witteberg. p. 9.
Fridericus, I. cogn. Barbaroſſa, Cæſ. p. 3. 28.
Fridericus, I. El. Sax. p. 30. 123.
Fridericus, II. El. Sax. p. 123.
Fridericus, III. cogn. Sapiens. El. Sax. p. 4. 6. 7. 14. ſeqq. 30. 34. 46. 60. 105. 109. 118. ſeq. 124.
Frider. Wilhelmus, Adminiſtrator. p. 19. 71. 122.
Fundatio Acad. Witteb. p. 14.
*Fundations-*Briefe. *p. 26.*

G.

Georgius, Dux Saxoniæ p. 124.
Goſwinus de Orloy. p. 38.

H.

Heinricus, Dux Saxoniæ. p. 124.
Helena, Alberti I. El. Sax. Conj. p. 11. 28. 117.

I.

Inauguratio Academiæ. p. 37.
Incolæ & accolæ hujus loci quondam. p. 3.
Inſcriptorum à primâ fund. numerus & ſumma p. 56. & 80.

Johannes

Johannes, Elect. Sax. p. 17. 61. 105. ſeq. 120. 124.
Johan. Fridericus, El. Sax. p. 10. ſeqq. 17. 26. 31. 32. 62. 121. 124.
Johan. Georgius I. & Senior, El. Sax. p. 19. 122. 124.
Johann Georgius II. p. 20.
Johann Georgius III. p. 20.
Jubilæus annus Academ. p. 19. 72. 122.
Jubilæus Evangel. Lutheranus. p. 74. 122.
Judicium Provinciale. p. 9.
Julius II. Papa. p. 23. 24.
Juramentum Studioſor. p. 54.

L.

Lectiones publicæ. p. 42.
Leges Academ. Witteb. 46. ſeq. 49. ſeqq.
Leo X. Pontifex. p. 26.
Lipſurdum Ptolomæi. p. 5.
Lutheri adventus. p. 16. 34. 57. 119.
Doctoratus. p. 16.
Doctrina. p. 16. 30. ſeq. 35. 119.
Domus p. 8. 35. 121.
Muſeum p. 8.
Uxor. p. 35.
Liberi. p. 35.
Mors. p. 31. 35. 62. 120.
Monumentum. p. 106. 120.

M.

Mauritius, Elect. Sax. p. 13. 18. 26. 32. 63. 121. 124.
Maximilianus I. Imper. p. 14. 21. 30. 37. 119.
Membranæ duæ m. ſcr. p. 27. 34.
Metropolis Electoratus Sax. p. 3. 9. 28.
Mons Apollinis p. 2.
Mulberga oppid. 12. 32.
Mulda fluv. p. 4.

N.

Numerus Inſcriptorum à fund. Acad. p. 80.
Promotorum in Philoſoph. p. 91.

O.

Occaſio fund. Acad. Witteb. p. 15.
Ordines Docentium tres. p. 43. ſeqq.

P.

Pagi Academici. p. 55.
Pax Germaniæ reſtituta. p. 122.
Philippus Melanchton. p. 31. 35. 59. 64. 92. 106. 119. 121.
Policbius Mellerſtadius. p. 14. 15. 16. 37. 38. 116. 119.
Pons ſublicius Albi ſtratus. p. 4. 30. 118.
Prærogativa Civitatis Wittebergæ. p. 9.
Privileg. Maximil. I. Imp. p. 21.
Profeſſiones & Profeſſores Ordinar. p. 41. ſeq.
Profeſſorum Philoſoph. Catalogus. p. 92. ſeqq.
Promotiones. p. 45.
Promotorum in Philoſoph. catalog. & numerus. p. 80. & 91.

Q.

Quæſtura Elect. Witteberg. p. 9.

R.

Raymundus Cardinalis. p. 22. 23.
Rector Acad. primus. p. 14. 15. 16. 37. ſeq.
Rectoris electio & proclamatio. p. 40. ſeq. & 47.
Rectorum à fund. primâ Catalogus. p. 56. ſeqq.
Reformatores Stud. general. p. 41.
Reliquiæ Sanctorum. p. 110. ſeqq. 118.
Rudolphus I. El. Sax. p. 29. 105. 123.
Rudolphus II. El. Sax. p. 7. 29. 102. 105. ſeqq. 123.
Rudolph. III. El. Sax. p. 29. 123.

S.

Sacramentarij. p. 13. ſeq. 19. 122.

Stab

Scabinatus Witteberg. 8. 9.
Schola oppidana. p. 13. 14. 121.
Senatus Academicus. p. 40. *ſeqq.*
Oppidanus p. 9.
Sertum rutaceum, inſigne El. Sax. p. 3.
Sigiſmundus, Imper. p. 30.
Spina Ceti duæ. p. 107.
Job. Staupitius. p. 34. 38.
Sub Conſervatoria quadam. p. 25. *ſeq.*
Suburbia VVitteberg. p. 12. 120.
Summa Inſcriptorum in Acad. W. p. 80.
Promotorum in Philoſoph. p. 91.
Superintendentia. p. 9.
Superintendentes quidam. p. 116.

T.

Tecelius, monachus. p. 35.
Templum ad Arcem. p. 6. *ſeq.* 17. *ſeq.* 102. *ſeq.* 118. *ſeq.*
Paroch. ſ. Oppidan. p. 7. 121.
Franciſcanorum. p. 7. 11. 28. *ſeq.* 117. 120.
Auguſtinianum. p. 10. 118.
Spiritus S. p. 8. 10.
Terra Sancta ſive Paleſtina deſcriptio. p. 109.
Theolog. Doct. primus hic promotus. p. 38.
Turres Witteb. p. 7. 11. 12. 27. 33. 120. *ſeq.*

U.

Udalricus Erbar / *D. Rector occiſus. p.* 58. 116.

W.

Wenceslaus, Elect. Sax. p. 29. 123.
Wittekindus I. *Rex. Germanor. p.* 117.
II. cognom. Magnus. p. 2. 3. 6. 117.
III. Fil. p. 6. 117.

Witteberga Nomen. p. 1. 2.
Origo. p. 2. 3. 117.
Incrementum. p. 3. 4.
Elevatio poli. p. 4. 27.
Situs. p. 4.
Forma externa. p. 5.
Munitio. p. 5. 10. 120.
Porta. p. 5.
Forum. p. 6.
Platea. p. 6.
Rivi. p. 6.
Ædificia publ. p. 6. ſeqq.
Forma Reipubl. p. 9.
Prærogativa. p. 9.
Fortuna varia. p. 10. ſeqq.
Obſidio, in ſpecie. p. 13. 32. 63. 121.
Mutatio Dominii. p. 13. 30. 32. 63. 118. 121.
Witteberga Inferior. Nieder Wittenberg. *p. 2.*

INDEX
LIBRI II. INSCRIPTIONUM.

A.

Albertus II. Elector Saxoniæ. pag. 126.
Albertus III. Elect. Saxon. 128.
Albertus, Dux Sax. 126.
Anna, Electrix Sax. 128.
Abdias Prætorius. 165.
Adam Theodorus Siberus. 185.
Ægidius Hunnius, D. 169.
Ambroſius Rhodius, D. 177.

Andreas

Andreas Schato, D.	144.
Antonius Croeſius, D.	178.
Antonius Waltherus.	173.
Arnoldus Still, D.	186.
Auguſtinus Schurffius.	173.

B.

Barbara, Electrix Sax.	128.
Bulthaſar Meiſnerus, D.	148
Bartholomaus Reuſnerus, D.	150.
Benedictus Carpzovius, D.	147.

C.

Cecilia, Electrix Sax.	128.
Caſparus Cruciger, D.	162.
Caſparus Eberhardi, D.	167.
Caſparus Lindeman, D.	161.
Chriſtianus Taubmannus, D.	183.
Chriſtophorus Wacke, D.	182.
Cornelius Crull, L.	180.

D.

Daniel Sennertus, D.	151.
David Rungius, D.	144.
David Voitus, D.	168.

E.

Eliſabetha, Duciſſa Sax.	127.
Eraſmus Schmid.	152.
Eraſmus Unrubius, D.	149.
Erneſtus Hettenbach, D.	147.

F.

Fridericus III. Elector. Sax.	129.
Franciſcus Faber, D.	142.

Frido-

Fridericus Balduinus, D. 170.
Fridericus Pratorius, D. 182.
Fridericus Taubmannus. 184.
Fridericus Tilemannus, D. 169.
G.
Georgius Major, D. 140.
Georgius Mylius, D. 170.
Georgius Schultzius, D. 185.
Georgius Weckerus, D. 150.
Godofredus Reuterus, D. 177.
Gregorius Nymman, D. 153.
H.
Helena, Electrix Sax. 125.
Hagne, Electrix Sax. 126.
Hagne, Duciſſa Sax. 127.
Henningus Gadenus, D. 138.
I.
Johannes, Elector. Sax. 130.
Johannes, Dux Sax. 126.
Jutta, Electrix Sax. 126.
Jacobus Martini, D. 156.
Jacobus Milichius, D. 174.
Jeremias Reuſnerus, D. 158.
Johannes Bugenhagius, D. 163.
Johannes Draconites, D. 166.
Johannes Förſterus, D. 165.
Johannes Limmerus, D. 141.
Johannes Matthæus, D. 176.
Johannes Rhagius, D. 161.
Johannes Schneidewinus, D. 139.
Johannes Schutz, D. 141.
Johannes Strauch, D. 154.
Johannes

Johannes Zangerus, D. 145.
Johann. Georgius Pelshöferus, D. 185.
Johann: Georgius Volckmar, D. 143.
K.
Kunigunda, Electrix Sax. 127.
L.
Laurentius Fabricius. 176.
Laurentius Rhodomannus. 184.
Laurentius Zoch, D. 162.
Leonhardus Hütterus, D. 146.
Lucas Becmannus, D. 171.
M.
Martinus Lutherus, D. 132.
Martinus, Martini F. Lutherus. 174.
Martinus Polichius Mellerſtadius, D. 159.
Matthæus Weſenbecius, J.C. 141.
Melchior Fendius, D. 165.
Michael Reichardus. 143.
Michael Schneider. 179.
Michael Teuberus, D. 175
O.
Otto, Dux Saxoniæ. 127.
P.
Paulus Eberus, D. 166
Paulus Röberus, D. 172.
Petrus Lupinus, D. 139.
Petrus Otto. 142.
Philippus Melanchthon. 135.
R.
Rudolphus I. Elector Sax. 127.
Rudolphus II. Elector Sax. 127
Rudolphus III. Elector Sax. 128.
Salo-

S.

Salomon Geſnerus, D. 145.

U.

Valentin. Gvilielmus Förſterus, D. 176.

Udalricus Erbarus, D. 160.

Vitus Ortelius Winsbemius, D. 168.

W.

VVenceslaus, Elector Sax. 128.

VVenceslaus, Dux Sax. 126

VVilbelmus Lyſerus, D. 155.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Emendanda:

Pag. 3. lin. 14. & 15. ſcribe: *incurſiones.* pag 6. lin. 12. ſcribe: *ſi-m.* pag. 7. lin. 16. poſt *fere*: ſeribe: *qvorum baſes* pag. 8. lin. 28. poſt *ut* omiſſum: *Capella B. Mariæ Virg. in coemeterio, intra urbem, mox juxta templum oppidanum.* p. 10. lin. 11. ſcr. *Electore.* lin ult. pro *S. Annæ* ſcribe *B. Mariæ Virg.* pag. 12. lin. 23. ſcribe: *Electoralibus.* lin. 25. ſcribe: *prælio.* lin. 28. *colore.* p. 18. lin. 24. poſt *Cap. I.* adde: *& infrà Cap. III. pag. 34. ſeqq.* pag. 19. lin. ult. ſcribe: *primus* pag. 23. lin 21. deleatur *numerus* 4. pag. 25. lin. 25. ſcr *Salfeldenſis.* pag. 38. lin. 9. ſcrib. *philoſophica.* p. 45. lin. 14. poſt *unqvam* ſcr. *fere.* pag. 54. lin. 19. ſcr. *amovebo* pag. 58. lin. ult. ſcr. *Elner.* p. 70. lin. ult. ſcr. *Mergetbumenſ.* p. 107. lin. 7. ſcr. *concionantis.* p. 109 lin. 28. ſcr. *qvibusdam.* p. 118. lin. 10. ſcr. *Electoratu.* p. 119. lin. 28. ſcr. *heic.* p. 130. lin. 14. ſcr. *pura.* p. 134. lin. 16. ſcr. *acceptos.* p 137. lin. 9. ſcr. *Langvida.* lin. 11. ſcr. *Confuturæ.* p. 140. lin. 25. ſcr. *defuncto.* p. 142. lin. 12. ſcr. *VII.* p. 143. lin. 16. ſcr. *Michaelis.* p. 146. lin. 6. ſcr. *illius.* lin. 9. & 10. ſcr. *optimè, maximè.* p. 55. lin. 11. ſcr. *atq;.* lin. ult. ſcr. *dicatus.* p. 169. lin. ult. ſcr. *Georgij* p. 173. lin. 13. omiſſum D. p. 175. lin. 21. ſcr. *clarus.* p. 176. lin. 15. ſcr. *Wilbelmus.* p. 178. ante lin. 16. ommiſſus titulus: *Antonij Croeſij, D.* p. 180. lin. 12. ſcr. pro lit. *D.* lit. *L.* vel *Lic.* p. 181. lin. 1. ſcr. *Eliſabetha.* p. 183. ante lin. 4. omiſſus titulus: *Chriſtiani Taubmanni, D.*

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google